discumbere super fenum acceptis quinque
panibus et duobus piscibus aspiciens
in celum benedixit et fregit et dedit di-
scipulis suis panes. Discipuli autem
turbis dederunt et manducaverunt omnes
et saturati sunt et tulerunt reliquias
xii. cophinos fragmentorum ple-
nos. Manducantium autem fuit numerus v.
milia virorum exceptis mulieribus et par-
vulis. Et statim iussit discipulos
suos ascendere in naviculam et precede-
re eum trans fretum donec dimitteret turbas
et dimissa turba ascendit in montem
solus orare. Vespere autem facto solus erat
ibi. Navicula autem in medio mari
iactabatur fluctibus. Erat autem ventus
contrarius ei. Quarta autem vigilia noctis
venit ad eos ambulans super mare
et videntes eum super mare ambulan-
tem turbati sunt dicentes quia fanta-
sma est et pre timore clamaverunt. Stati-
mque ihesus locutus est eis dicens Habete fi-
duciam ego sum nolite timere. Respondens
autem petrus dixit Domine si tu es iu-
be me venire ad te super aquas. At ipse
ait. Veni. Et descendens petrus de na-
vicula ambulabat super aquas ut
veniret ad ihesum. Videns vero ventum vali-
dum venientem timuit. Et cum cepis-
set mergi clamavit dicens Domine sal-
vum me fac. Et continuo extendens
ihesus manum apprehendit eum et ait
illi. Modice fidei quare dubitasti.
Et cum ascendisset in naviculam ces-
savit ventus. Qui autem in navicula
erant venerunt et adoraverunt eum dicen-
tes vere filius dei es. Et cum transfretassent
venerunt in terram genezareth. Et cum
cognovissent eum viri loci illius miserunt in
universam regionem illam et obtulerunt
ei omnes male habentes et rogabant
eum ut vel fimbriam vestimenti eius
tangerent et quicumque tetigerunt
salvi facti sunt. Capitulum xv

Tunc accesserunt ad eum ab ierosoli-
limis scribe et pharisei dicentes
Quare discipuli tui transgrediuntur tra-
diciones seniorum. Non enim lavant manus
suas cum panem manducant. Ipse autem respon-
dens ait Quare et vos transgredimini
mandata dei propter tradicionem vestram. Nam
deus dixit Honora patrem tuum et ma-
trem tuam. et qui maledixerit patri vel
matri morte moriatur. Vos autem dicitis
Quicumque dixerit patri vel matri munus
quodcumque est ex me tibi proderit et non
honorificabit patrem suum et matrem
suam et irritum fecistis mandatum dei
propter tradicionem vestram. Ypocrite bene
prophetavit de vobis ysaias propheta di-
cens Populus hic labiis me honorat
cor autem eorum longe est a me. Sine
causa autem colunt me docentes doctri-
nas et mandata hominum. Et convocatis
ad se turbis dixit eis Audite et in-
telligite. Non quod intrat in os coin-

coinquinat hominem. Quod procedit ex ore
hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes
discipuli eius dixerunt ei. Scis quia
pharisei audito hoc verbo scandalizati
sunt. At ille respondens ait. Omnis plan
tatio quam non plantavit pater meus
celestis eradicabitur. Sinite illos: ce
ci sunt duces cecorum. Cecus autem si
ceco ducatum prestet ambo in foveam
cadunt. Respondens autem Petrus dixit
ei. Edissere nobis parabolam istam. At
ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu
estis. Non intelligitis quia omne quod in os
intrat in ventrem vadit et in secessum
mittitur. Que autem procedunt de ore de
corde exeunt et ea coinquinant hominem.
De corde enim exeunt cogitationes ma
le homicidia adulteria fornicationes
furta falsa testimonia blasphemie.
Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis
manibus manducare non coinquinat
hominem. Et egressus inde Ihesus seces
sit in partes Tyri et Sydonis. Et ecce
mulier Chananea a finibus illis egressa
clamavit dicens ei. Miserere mei
domine fili David. Filia mea male
a demonio vexatur. Qui non respondit ei
verbum. Et accedentes discipuli eius
rogabant eum dicentes. Dimitte eam
quia clamat post nos. Ipse autem ait
Non sum missus nisi ad oves que perierunt
domus Israel. At illa venit et adoravit
eum dicens. Domine adiuva me fili
David. Qui respondens ait. Non est bonum
sumere panem filiorum et dare canibus.
At illa dixit. Etiam domine. nam et catelli
edunt de micis que cadunt de mensa do
minorum suorum. Tunc respondens Ihesus
ait illi. O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia
eius ex illa hora. Et cum transisset
inde venit Ihesus secus mare Galilee
et ascendens in montem sedebat ibi
et accesserunt ad eum turbe multe ha

bentes secum mutos claudos debiles
cecos et alios multos et proiecerunt eos
ad pedes eius et curavit eos ita ut
turbe mirarentur videntes mutos loquen
tes claudos ambulantes cecos vi
dentes et magnificabant deum Israel. Ihesus
autem convocatis discipulis suis dixit. Mi
sereor turbe quia iam triduo perseverant
mecum et non habent quod manducent et dimit
tere eos ieiunos nolo ne deficiant in
via. Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis
in deserto panes tantos ut saturemus
turbam tantam. Et ait illis Ihesus. Quot
panes habetis. At illi dixerunt. Septem
et paucos pisciculos. Et precepit turbe
ut discumberent super terram. Et accipiens
vii panes et pisces et gratias agens
fregit et dedit discipulis suis et
discipuli dederunt populo et comederunt
et saturati sunt. Et quod superavit de frag
mentis tulerunt vii sportas plenas.
Erant autem qui manducaverunt iiii
milia excepta parvulos et mulieres.
Et dimissa turba ascendit in navi
culam et venit in fines Magidan. cap

Et accesserunt ad eum pharisei xvi
et saducei temptantes et rogaverunt
eum ut signum de celo ostenderet eis.
At ille respondens ait eis. Facto vespe
re dicitis. Serenum erit: rubicundum
est enim celum. et mane. Hodie tempes
tas: rutilat enim triste celum. Faciem
ergo celi diiudicare nostis: signa autem
temporum non potestis scire. Generatio mala
et adultera signum querit et signum non
dabitur ei nisi signum Ione prophete. Et
relictis illis abiit. Et cum venissent
discipuli eius trans fretum obliti sunt pa
nes accipere. Qui dixit illis. Intuemini
et cavete a fermento phariseorum et sa
duceorum. At illi cogitabant inter
se dicentes. Quia panes non accepimus.
Sciens autem Ihesus dixit eis. Quid co
gitatis ~~nec recordamini~~ inter vos mo
dice fidei quia panes non habetis.

no du intelligitis neqz recordami
quinqz panu i quinqz milia hominu z
qt cophinos sumpsistis neqz septe
panu i iiij^or milia hominu quare
no intelligitis qz no de pane dixi
vob cauete a fermeto phariseo
z saduceo Tunc itellexerunt qz
no dixit cauendu a fermeto panu
sz a doctrina phariseo z saduceo
Venit aut ihus i ptes cesaree
philippi z itrogabat discipulos
suos dicens Que dicut hoies ee
filiu hois At illi dixerut Alij Jo
baptistam alij aut helyam. Alij vo
Jeremiam aut unu ex phetis Dixit
illis ihus Vos aut que me ee di
citis Rndens symon petrus dixit Tu es
xps filius dei vivi Rndens aut ihus
dixit ei Beatus es symon bariona
qz caro z sanguis no revelauit ti
bi sz pr meus q e i celis Et ego dico ti
qz tu es petrus z sup hanc petram
edificabo ecctam mea Et porte
i feri no pualebunt adu's ea Et
tibi dabo claues regni celo Et
qcuqz ligaueris sup tram erit ligatu
z i celis z qcuqz solueris sup tram e solutu
z i celis Tunc pcepit discipulis ut
nemini dicerent qz ipse eet ihus xps Exin
cepit ihus ondere discipulis suis quia
opz eu ire ierosolimam z multa pati
a senioribus z scribis z pricipibus sa
cerdotu z occidi z tercia die resurge
Et assumens eu petrus cepit eu icre
pare dicens absit a te dne no erit
tibi hoc Qui conversus dixit petro Vade
post me sathanas scandalu es mi
qz no sapis ea q dei sut sz ea q sut
hominu Tunc ihus dixit discipulis suis
Si quis vult post me venire abne
get semetipm z tollat cruce sua z
sequatur me Qui eni voluerit aiam
sua salua facere pdet ea Qui aut
pdiderit aiam sua pp me i veniet

ea Qd eni pdest hoi si mundu vniu'sum lucre
tur aie vo sue detrimetu patiat
Aut qd dabit ho comutatoem pro aia
sua Filius eni hois venturus e i gla
pris sui cu angelis suis Et tunc red
det unicuiqz sm opa ei' Amen
dico vob sut quida de hic stantibus
qui no gustabut morte donec vide
ant filiu hois venie'tem i regno suo
Et post dies sex assumpsit ihus
petru z iacobu z iohem fre'm
eius z duxit illos i monte ex
celsu seorsu z transfiguratus e an
eos. Et resplenduit facies eius
sicut sol vestimenta aut ei' facta sut
alba sicut nix Et ecce apparuit
eis moyses z helyas cu eo lo
quentes. Rndens aut petrus
dixit ad ihm Dne bonu
e hic nos ee si vis fa
ciam' hic tria tabnacula tibi
unu moysi unu z helye unu
Adhuc eo loquete Ecce nubes
lucida obumbrauit eos z ecce
vox de nube dicens Hic e filius
me' dilectus i quo m bn complacui
ipm audite z audietes discipuli
ceciderut i facie sua z timuerut
valde Et accessit ihus tetigit eos
dicens qz eis Surgite z nolite
timere Leuantes aut oculos suos
nemine viderunt nisi solu ihm Et
descendentibus illis de monte pcepit
eis ihus dicens Nemini dixeritis
visionem hanc donec filius hois a mor
tuis resurgat. Et interrogauerunt
eu discipuli eius dicentes qd ergo
scribe dicut qz helyam oportet pmu ve
nire. At ille rndens ait illis helyas
quide venturus e z restituet oia
Dico aut vob qz helyas iam venit
z no cognouerunt eu. sz fecerunt i eo
qcuqz voluerunt Sic z filius hominis

passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis. Et cum venissent ad turbam accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum dicens Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur. Nam sepe cadit in ignem et crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt eum curare. Respondens autem ihesus ait O generacio incredula et perversa quousque ero vobiscum usquequo vos patiar afferte illum ad me. Et increpavit eum ihesus et exiit ab eo demonium et curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto et dixerunt Quare nos non potuimus eicere illum. Dixit illis ihesus propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic transi hinc et transibit et nichil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eicitur nisi per oracionem et ieiunium. Conversantibus autem eis in galilea dixit ihesus illis. Filius hominis tradendus est in manus hominum et occident eum et tercia die resurget et contristati sunt vehementer. Et cum venissent capharnaum accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt Magister vester non solvit didragma. Ait etiam. Et cum intrasset in domum prevenit eum ihesus dicens Quid tibi videtur symon. Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit ab alienis. Dixit ei ihesus Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore eius invenies staterem illum sumens da eis pro te et pro me. cap xviii

In illa hora accesserunt discipuli ad ihesum dicentes Quis putas maior est in regno celorum. Et advocans ihesus parvulum statuit eum in medio eorum. Et dixit Amen dico vobis nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis minimis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala verumptamen ve homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te erue eum et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contempnatis unum ex hiis pusillis. Dico autem vobis quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est. Venit enim filius hominis salvare quod perierat. Quid vobis videtur. Si fuerint alicui centum oves et erraverit una ex eis nonne relinquet nonagintanovem in deserto et vadit querere eam que erravit. Et si contingerit ut inveniat eam amen dico vobis quia gaudebit super eam magis quam super nonagintanovem que non erraverunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit adhibe tecum adhuc

vnum vel duos vt in ore duorum testium
vel trium stet omne verbum. Quod si non
audierit eos dic ecclesie. si autem ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus et pu
blicanus. Amen dico vobis quecumque
alligaueritis super terram erunt ligata et
in celis. Et quecumque solueritis super terram
erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis
quia si duo ex vobis consenserint super
terram de omni re quacumque pecierint fiet
illis a patre meo qui in celis est. Vbi enim
duo vel tres sunt congregati in nomine
meo ibi sum ego in medio eorum. Tunc
accedens ad eum petrus dixit. Domine quo
tiens peccabit in me frater meus et dimittam
ei vsque septies. Dicit illi ihesus
Non dico tibi vsque septies sed septua
gies septies. Ideo assimilatum est
regnum celorum homini regi qui voluit
racionem ponere cum seruis suis. Et cum ce
pisset racionem ponere oblatus est ei vnus
qui debebat ei decem milia talenta
Cum autem non haberet vnde redderet iussit
eum dominus venundari vxorem eius et fi
lios eius et omnia que habebat et reddi. Pro
cidens autem seruus ille rogabat
eum dicens Pacienciam habe in me domine
et omnia reddam. Misertus autem dominus serui
illius dimisit eum et omne debitum dimi
sit ei. Egressus autem seruus ille inuenit
vnum de conseruis suis qui debebat ei
centum denarios et tenens suffocabat
eum dicens Redde quod debes. Et procidens
conseruus eius rogabat eum dicens Pa
cienciam habe in me et omnia reddam tibi
Ille autem noluit sed abijt et misit eum
in carcerem donec redderet debitum. Vi
dentes autem conserui eius que fiebant con
tristati sunt valde et venerunt et narra
uerunt domino suo omnia que facta erant. Tunc
vocauit illum dominus suus et ait illi
Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam
rogasti me. Nonne ergo oportuit et te
misereri conserui tui sicut et ego misertus sum
tui. Et iratus dominus eius tradidit eum
tortoribus quo adusque redderet vni
uersum debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis. Si non dimiseritis vnus
quisque fratri suo de cordibus vestris. Et
factum est cum consummasset ihesus sermones
istos migrauit a galilea et venit
in fines iudee trans iordanem et secu
ti sunt eum turbe multe et curauit eos
vel eos ibi

Capitulum xix

Et accesserunt ad eum pharisei
temptantes eum et dicentes
Si licet homini dimittere vxorem suam
quacumque ex causa. Qui respondens ait
eis. Non legistis quia qui fecit
homines ab inicio masculum et feminam
fecit eos et dixit. Propter hoc relinquet
homo patrem et matrem et adherebit
vxori sue et erunt duo in carne
vna. Itaque iam non sunt duo sed vna
est caro. Quod ergo deus coniunxit homo
non separet. Dicunt illi. Quid ergo man
dauit moyses libellum repudij
et dimittere. Et ait illis. Quoniam moy
ses ad duriciam cordis vestri per
misit vobis dimittere vxores ve
stras ab inicio autem non fuit sic
Dico autem vobis quia quicumque di
miserit vxorem suam nisi exceptam
causam fornicationis et aliam duxerit
mechatur. Et qui dimissam duxerit
mechatur. Dicunt ei discipuli eius
Si ita est causa hominis cum vxore non
expedit nubere. Qui dixit illis
Non omnes capiunt verbum istud
sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi
qui de ventre matris sic nati sunt
Et sunt eunuchi qui facti sunt ab ho
minibus. Et sunt eunuchi qui castra
uerunt seipsos propter regnum celorum
Qui potest capere capiat. Tunc ob
lati sunt ei paruuli vt manus eius

i poneret et oraret Discipli autem eius
increpabant eos Jhesus vero ait eis
Sinite paruulos venire ad me et
nolite prohibere talium enim est regnum celorum
Et cum inposuisset eis manus abiit
inde Et ecce vnus accedens ait illi
Magister bone quid boni faciam ut habeam
vitam eternam Qui dixit ei Quid me in-
terrogas de bono Vnus est bonus deus
Si autem vis ad vitam ingredi serua
mandata Dixit que illi Jhesus autem
dixit Non homicidium facies non
adulterabis Non facies furtum non
falsum testimonium dices Honora patrem
tuum et matrem tuam Et diliges proximum
tuum sicut te ipsum Dicit illi adoles-
cens omnia hec custodiui a iuuentute
mea Quid adhuc michi deest Ait illi
Jhesus Si vis perfectus esse Vade et
vende omnia que habes et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo et veni se-
quere me Cum autem audisset adoles-
cens verbum hoc abiit tristis Erat enim
habens multas possessiones Jhesus autem
dixit discipulis suis Amen dico vobis quia
diues difficile intrabit in regnum
celorum Et iterum dico vobis facilius est
camelum per foramen acus transire quam
diuitem intrare in regnum celorum Au-
ditis autem hijs discipuli mirabantur
valde dicentes Quis ergo poterit saluus
esse Aspiciens autem Jhesus dixit eis Apud
homines hoc impossibile est apud deum omnia
possibilia sunt Tunc respondens petrus
dixit ei Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te Quid ergo erit nobis
Jhesus autem dixit illis Amen amen dico
vobis quod vos qui secuti estis me
in regeneracione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue Sedebitis et
vos super sedes xii iudicantes xii
tribus israel Et omnis qui reliquerit do-
mum aut fratres aut sorores aut patrem
aut matrem aut vxorem aut filios aut
agros propter nomen meum centuplum et
vitam eternam possidebit Multi autem
erunt primi nouissimi et nouissimi primi
Simile est regnum celorum homini patri-
familias Qui exiit primo mane
conducere operarios in vineam suam Con-
uentione autem facta cum operariis ex dena-
rio diurno misit eos in vineam suam
Et egressus circa horam terciam vidit alios
stantes in foro ociosos et illis dixit
Ite et vos in vineam meam et quod iustum
fuerit dabo vobis Illi autem abierunt
Iterum autem exiit circa vi et ix horam et
fecit similiter Circa xi vero horam exiit
et inuenit alios stantes et dixit illis
Quid hic statis tota die ociosi Dicunt
ei Quia nemo nos conduxit Dicit illis
Ite et vos in vineam meam Cum autem sero
factum esset dicit dominus vinee procuratori
suo Voca operarios et redde illis
mercedem suam incipiens a nouissimis
vsque ad primos Cum venissent ergo qui
circa vndecimam horam venerant
acceperunt singulos denarios Veni-
entes autem et primi arbitrati sunt quod plus
essent accepturi Acceperunt autem et
ipsi singulos denarios Et accipientes
murmurabant aduersus patremfamilias
dicentes Hij nouissimi vna hora
fecerunt et pares illos nobis fecisti Qui
portauimus pondus diei et estus At ille
respondens vni eorum dixit Amice non
facio tibi iniuriam Nonne ex denario
mecum conuenisti Tolle quod tuum est
et vade Volo autem et huic nouissimo
dare sicut et tibi Aut non licet michi facere
quod volo An oculus tuus nequam est quia ego
bonus sum Sic erunt nouissimi primi
et primi nouissimi Multi enim sunt vo-
cati pauci vero electi Et cum ascen-
deret Jhesus ierosolimam assumpsit xii di-
scipulos suos secreto et ait illis Ecce
ascendimus ierosolimam et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum et scribis

& cõdẽpnabũt eũ morte Et tradet
eũ gẽtib; ad illudẽdũ & flagellãd
& crucifigẽdũ & t'cia die resurget
Tũc accessit ad eũ mr̃ filiorũ ze
bedei cũ filijs suis adorãs & pe
tẽs aliq͛d ab eo Q͛ dix͛ ei Q͛d vis
ait illi ut sedeãt hij duo filij mi
vn; ad dextrã tuã & vn; ad sini
strã tuã i regnº tuo Rñdẽs aũt ihs
dixit illis Nescitis q͛d petatis ptis
calicẽ bibẽ quẽ egº bibiturus sum
Dicũt ei · Possũ; ait illis Calicẽ
quidẽ meũ bibetis Sedẽ aũt ad
dexterã meã vl ad sinistrã nõ ẽ
meũ dare vob̃ s; quib; ꝑatũ ẽ
a p̃re meo Et audiẽtes x · i dignã
ti s͛t de duob; f͛rib; Ihs aũt
vocauit eos ad se et ait illis Scitis
q͛ p̃ncipes gẽtiũ dñant' eorũ &
qui maiores s͛t ptãtẽ exercẽt i eos
No ita erit int' vos S; quicũq;
voluerit int' vos maior fi' sit vr̃
minister Et quicũq; vos voluerit
p'm; ee erit vr̃ s͛uus Sic filius
hominis nõ venit ministrari S; ministrare et dare
aiam suã i redẽptõem mltõ͛ Et
egrediẽtib; illis ab iericho secuta
ẽ eũ turba mlta Et ecce duo ceci
sedẽtes sec; viã audierũt q͛
ihs trãsiret Et clamauerũt dicẽtes
Dñe miserere nr̃i filij dauid Tur
ba aũt increpabat eos ut tacerẽt
At illi magis clamabãt Dñe mise
re nr̃i fili dauid Et stetit ihs &
vocauit eos & ait Q͛d vultis ut
faciã vob̃ Dicũt illi Dñe ut a
periãt' oculi nr̃i Misertus aũt eorũ
ihs tetigit oclõs eorũ & cõfestĩ
viderũt & secuti s͛t eũ cap xxi

Et cũ appropinquassent ierlmã &
venissent bethphage ad mõtẽ
oliueti Tũc ihs misit duos
discipulos suos dicẽs illis Ite i cas

tellũ q͛d cõtra vos ẽ Et statim i venie
tis asinã alligatã & pullũ cũ ea
Soluite & adducite mi Et si quis
vob̃ aliq͛d dixerit dicite q͛ dñs his
op; hẽt & cõfestĩ dimittet vos Hoc
aũt totũ fcm̃ ẽ ut adĩpleret' q͛d dcm̃
ẽ p p͛phãm dicẽtẽ Dicite filie
syon · Ecce rex tu; venit t' mãn
suet; sedẽs sup asinã & pullum
filiũ subiugalis Eũtes aũt discipuli
fecerũt sic p͛cepit eis ihs Et ad
duxerũt asinã & pullũ & i posue
rũt sup eũ vestimẽta sua & eũ de
sup sedẽ fecerũt Plima aũt turba
strauerũt vestimẽta sua i via alij
aũt cedebãt ramos de arborib;
& sternebãt in via Turbe aũt que
p͛cedebãt & q͛ seq͛bãt' clamabãt
dicẽtes Osanna filio dauid Bñ
dict; qui venit i noĩe dñi osana
i excelsis Et cũ i trãsisset ierosolimã
cõmota ẽ vniuersa ciuitas dicẽs
Quis ẽ hic Pp̃li aũt dicebãt hic
ẽ ihs p͛pha a nazareth galilee
Et i t'uit ihs i templũ dei & eici
ebat oĩs vendẽtes & emẽtes
de templo & mẽsas nũmulariorũ
& cathedras vendẽtiũ colũbas
euertit & dĩt eis Sc͛ptũ ẽ Domus
mea dom; oroĩs vocabit' Vos
aũt fecistis illã speluncã latronũ
Et accesserũt ad eũ ceci & claudi
in i templo & sanauit eos Videntes
aũt p̃ncipes sacerdotũ & scribe mi
rabilia q͛ fecit & pueros clama
tes i templo & dicẽtes Osana filio
dauid Indignati s͛t & dixerũt
ei Audis q͛d isti dicũt Ihs aũt
dicit eis vtiq; Nũq͛ legistis
Ex ore i fanciũ & lactãciũ pfe
cisti laudẽ Et relictis illis abijt
foras ext' ciuitatẽ i bethaniã ibiq;

mansit et docebat eos de regno dei
Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit
Et videns fici arborem unam secus viam
venit ad eam et nichil invenit in ea nisi
folia tantum Et ait illi Nunquam ex te fru-
ctus nascatur in sempiternum Et arefacta est co-
ntinuo ficulnea Et videntes discipuli
mirati sunt dicentes Quomodo continuo aruit
Respondens autem ihesus ait illis Amen dico vobis
si habueritis fidem et non hesitaveritis non
solum de ficulnea facietis sed et si huic
monti dixeritis Tolle te et iacta te in
mare ita fiet Et omnia quecumque pe-
tieritis in oratione credentes accipietis
Et cum venisset ad templum accesserunt
ad eum principes sacerdotum et seniores
populi dicentes In qua potestate hec facis
et quis dedit tibi hanc potestatem Respondens
autem ihesus dixit eis Interrogabo vos
et ego unum sermonem quem si dixeritis
et ego vobis dicam in qua potestate hec
facio Baptismus iohannis unde erat de
celo an ex hominibus At illi cogita-
bant inter se dicentes Si dixerimus
de celo dicet nobis Quare ergo non cre-
didistis illi Si autem dixerimus ex ho-
minibus timemus turbam omnes enim ha-
bebant iohannem sicut prophetam Et respon-
dentes ihesu dixerunt nescimus Et ait
illis Nec ego dico vobis in qua potestate
hec facio Quid autem vobis videtur Homo
quidam habebat duos filios Et ac-
cedens ad primum dixit Fili vade opera-
re hodie in vinea mea Ille autem respondens
ait Nolo postea autem penitentia motus
abiit in vineam Accedens autem ad al-
terum dixit similiter Ille respondens ait
Eo domine et non iuit Quis ex duobus
voluntatem fecit patris Dicunt ei pri-
mus Dicit illis ihesus Amen dico vobis
quia publicani et meretrices pre-
cedent vos in regnum dei Venit autem
ad vos iohannes in via iusticie
et non credidistis ei publicani autem

et meretrices crediderunt ei Vos autem viden-
tes nec penitentiam habuistis postea ut cre-
deretis ei Aliam parabolam audite Ho-
mo erat paterfamilias qui plantavit
vineam et sepem circumdedit ei et fodit
in ea torcular et edificavit turrim
Et locavit eam agricolis et peregre
profectus est Cum autem tempus fructuum ap-
propinquasset misit servos suos ad agricolas
ut acciperent fructus eius Et agricole
apprehensis servis eius alium ceciderunt
alium occiderunt alium vero lapida-
verunt Iterum misit alios servos plu-
res prioribus et fecerunt illis similiter No-
vissime autem misit ad eos filium suum
dicens Verebuntur filium meum Agricole
autem videntes filium dixerunt intra se
Hic est heres venite occidamus eum et
habebimus hereditatem eius Et appre-
hensum eum eiecerunt extra vineam
et occiderunt eum Cum ergo dominus venerit
vinee quid faciet agricolis illis Aiunt
illi Malos male perdet et vineam
suam locabit aliis agricolis qui
reddent ei fructum temporibus suis Dicit
illis ihesus Nunquam legistis in scripturis
Lapidem quem reprobaverunt edificantes
hic factus est in caput anguli A domino
factum est istud et est mirabile in oculis nostris
Ideo dico vobis quia auferetur a vobis
regnum dei et dabitur genti facienti
fructus eius Et qui ceciderit super la-
pidem istum confringetur Super quem vero ce-
ciderit conteret eum Et cum audissent prin-
cipes sacerdotum et pharisei parabolas
eius cognoverunt quod de ipsis diceret
Et querentes eum tenere timuerunt
turbas quia sicut prophetam eum habebant
Et respondens ihesus dixit iterum in pa-
rabolis eis dicens Mathei 22 capitulo
Simile factum est regnum celorum
homini regi qui fecit nuptias
filio suo Et misit servos suos vo-

care invitatos ad nuptias et nolebat venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paravi tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata sunt venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt et abierunt alius in villam suam alius vero ad negociacionem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt. Rex vero cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem eorum succendit. Tunc ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt sed qui invitati fuerant non erant digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos. Et implete sunt nuptie discumbentium. Intravit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc rex dixit ministris. Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Multi autem sunt vocati pauci vero electi. Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt ut caperent ihesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. licet censum dare cesari an non. Cognita autem ihesus nequicia eorum ait. Quid me temptatis ypocrite. Ostendite michi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis ihesus. Cuius est ymago hec et superscriptio. Dicunt ei cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari. Et que sunt dei deo. Et audientes mirati sunt. Et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum saducei qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogaverunt eum dicentes. Magister moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filium ut frater eius ducat uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos vii fratres et primus uxore ducta mortuus est sine filiis et reliquit uxorem fratri suo. Similiter secundus et tercius usque ad septimum. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihesus ait illis. Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur. sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis. Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Non est deus mortuorum sed viventium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes quod silencium imposuisset saduceis convenerunt in unum. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor temptans eum. Magister quod est mandatum magnum in lege. Ait illi ihesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In hiis duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Congregatis autem phariseis interrogavit eos ihesus dicens. Quid vobis videtur de christo cuius filius est. Dicunt ei david. Dicit illis. Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit

dns dno meo sede ad dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos scabel
lu pedu tuoꝝ. Si g° dauid vocat
eu dnm quo fili⁹ ei⁹ e. Et nemo
potat ei rndē v̄bu neq₃ ausꝰ fuit
quisq̄ ex illa die amplius i tro
Tunc ihūs locut⁹ e ad turbas
ad tbas et ad discipulos suos
d. Sup kathedras moysi sederunt
scribe et phisei. Omia g° q̄cuq₃ dix
erint vob̄ suate et facite. Scdm vo
opa coꝝ nolite facē. Dicunt em
et no faciunt. Alligat n. onera g̃uia
et i portabilia et i ponūt i h̄umeros
hoim digito at suo noluit
moue. Omia g° opa sua faciunt
ut videat ab hoib₃. Dilatat n
filateria sua et magnificat fimbias.
Amat at p̄mos recubit⁹ i cenis
Et p̄mas cathedras i synagog̃
Et salutacones i foro et vocari
ab hominib₃ rabi. Vos aut nolite
vocari rabi. Vn⁹ em e mgr vr.
Omnes aut vos fres estis. Et pa
tre nolite vocare vob̄ sup tra
Vnus e em pr vr qui i celis e.
Nec vocemini mgri q₂ mgr vr vn⁹
e xp̄c. Qui maior e vrm erit mi
nister vr. Qui aut se exaltat hu
miliabit et qui se humiliauit exalta
bit. Ve aut vob̄ scribe et phisei y
pocrite. Qa clauditis regnu celoꝝ
an hoies. Vos ei no i trat nec
i troeuntes simit i trare. Ve vob
scribe et phisei ypocrite qui come
dit̄ domos viduaꝝ orōes lo
gas orantes ppt h amplius acci
piet iudiciu. Ve vob̄ scribe et
phisei ypocrite qui circuit mare
et arida vt faciat vnu pselitu
Et cu fuit fcus facit̄ eu filiu
iehenne duplo q̄ vos. Ve vob̄
duces ceci qui dicit̄. Quicuq₃
iurauit p templu dei n̄ e. Qui

aut iurauit i auro templi dei est.
Stulti et ceci. Q̄d em mai⁹ e aurum vel
templu q̄ scificat auꝝ. Et q̄cuq₃
iurauit i altari n̄ e. Qui at iura
uerit i dono q̄ e sup id debr est.
Ceci q̄d em mai⁹ e donu vl altare
q̄ scificat donu. Qui aut iurat
i altari iurat i eo et i omnib₃ que
sup id st. Et qui iurat i templo iu
rat i illo i eo qui h̄itat i templo.
Et qui iurat i celo iurat i trone
dei et i eo qui sed₃ sup eu. Ve vo
bis scribe et phisei ypocrite qui de
cimat̄ menta et anetu et ciminu
et reliquistis que g̃uiora st
legis iudiciu et miam et fidē. Hec
oportuit face et illa no obmitte.
Duces cecoꝝ. excolantes culi
cē camelu aut gluciētes. Ve vo
bis scribe et phisei ypocrite q̄ mūdat̄
q̄ deforis e calicis et parasidis intus
aut estis plem rapina et i mūdicia.
Phisee cece munda pius q̄ intus e
calicis et parapsidis vt fiat id q̄
deforis e mūdu. Ve vob̄ scribe et
phisei ypocrite qui siles estis se
pulchris dealbatis que a foris
parent hoib₃ speciosa. Intus vero
plena st ossib₃ mortuoꝝ et omi
spurcicia. Sic et vos quida a fo
ris appet hoib₃ iusti. Intus aute
estis plem ypocrisi et iniquitate. Ve
vob scribe et phisei qui edificatis
sepulchra pphaꝝ et ornatis monu
menta iustoꝝ et dicitis. Si fuissem⁹
i dieb₃ prm nroꝝ no eem⁹ socij
coꝝ i sanguine pphaꝝ. Itaq₃ testio
estis vobismetipis q₂ filij estis
coꝝ qui pphas occiderut. Et vos
implete mesura prm vroꝝ. Ser
pentes genimina vipaꝝ quo fu
gietis a iudicio iehenne. Ideo dico
vob̄. Ecce ego mitto ad vos pphas

et sapientes et scribas et illos occidetis
et crucifigetis et eos flagellabitis
in synagogis vestris Et persequimini de civi
tate in civitatem Ut veniat super vos
omnis sanguis iustus qui effusus est
super terram a sanguine abel iusti usque
ad sanguinem zacharie filii barrachie
quem occidistis inter templum et altare
Amen dico vobis venient hec omnia super
generationem istam Ierusalem ierusalem que occidis
prophetas et lapidas eos qui ad te
missi sunt Quotiens volui congregare
filios tuos quemadmodum gallina con
gregat pullos suos sub alas
et noluisti Ecce relinquetur vobis domus
vestra deserta Dico enim vobis non me
videbitis amodo donec dicatis Benedic
tus qui venit in nomine domini xxiiij
Et egressus ihesus de templo
ibat Et accesserunt ad eum
discipuli eius ut ostenderent ei edifi
cationem templi Ipse autem respondens ait
eis Videtis hec omnia Amen dico vobis
non relinquetur hic lapis super lapidem
qui non destruatur Sedente autem eo
super montem oliveti accesserunt
autem ad eum discipuli secreto dicentes
Dic nobis quando hec erunt Et quod signum
erit adventus tui et consummationis
seculi Et respondens ihesus dixit illis
Videte ne quis vos seducat Mul
ti enim venient in nomine meo dicentes
Ego sum christus et multos seducent Au
dituri enim estis prelia et opiniones
preliorum Videte ne conturbemini Opor
tet enim primum hec fieri sed nondum statim
finis Consurget enim gens contra gentem
et regnum adversus regnum Et erunt
pestilencie et fames et terre motus
per loca Hec autem omnia inicia sunt
dolorum Tunc tradent vos in tri
bulationem et occident vos Et eritis
odio omnibus gentibus propter nomen meum
Et tunc scandalizabuntur multi et invi-
cem tradent et odio habebunt invicem
Et multi pseudo surgent et seducent
multos Et quoniam habundabit iniquitas
refrigescet caritas multorum Qui
autem perseveraverit usque in finem hic salvus
erit Et predicabitur hoc evangelium regni
in universo mundo in testimonium omnibus
gentibus Et tunc veniet consummatio
Cum ergo videritis abhominationem deso
lationis que dicta est a daniele propheta
stantem in loco sancto Qui legit in
telligat Tunc qui in iudea sunt fu
giant ad montes Et qui in tecto non
descendat tollere aliquid de domo
sua Et qui in agro non revertatur tollere
tunicam suam Ve autem pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus Orate
ergo ut non fiat fuga vestra in hyeme
vel sabbato Erit enim tunc tribulatio
magna qualis non fuit ab inicio
mundi usque modo neque fiet Et nisi
breviati fuissent dies illi non fieret
salva omnis caro sed propter electos bre
viabuntur dies illi Tunc si quis vobis
dixerit Ecce hic est christus aut illic no
lite credere Surgent enim pseudochristi
et pseudoprophete Et dabunt signa
magna et prodigia ita ut in errorem
inducantur si fieri potest etiam electi Ecce predixi
vobis Si ergo dixerint vobis ecce in
deserto est nolite exire Ecce in pene
tralibus nolite credere Sicut enim ful
gur exit ab oriente et apparet
usque ad occidentem ita erit adven
tus filii hominis Ubicumque fuerit corpus
ibi congregabuntur et aquile Statim
autem post tribulationem dierum illorum
sol obscurabitur et luna non dabit
lumen suum Et stelle cadent de ce
lo et virtutes celorum movebuntur
Et tunc apparebit signum filii hominis
in celo et tunc plangent omnes tribus
terre Et videbunt filium hominis ve
nientem in nubibus celi cum virtute

multa z maieſtate Et mittet an
gelos ſuos cu tuba z voce mag
Et ꝯgregabunt electos ſuos eius
i quattuor ventis celi a ſummis ce
loꝝ uſqꝫ ad terminos eoꝝ Ab arbo
re aut diſcite parabola Cu iam
ramus eius tener fuit z folia na
ta ſcitis qꝛ ꝓpe e eſtas Ita z vos
cu videritis hec omnia ſcitote qꝛ
ꝓpe e i ianuis Amen amen dico
vobis qꝛ no pteribit generacio h donec
omnia fiant Celu z tra tranſibunt
verba aut mea no pteribunt De die
aut illa z hora nemo ſcit n ſolus
pr neqꝫ angli celoꝝ neqꝫ filius
Sicut aut fuit i diebus noe ita
erit z aduentus filii hois Sic ei
erat i diebus an diluuiu come
dentes z bibentes nubentes et
nuptui tradentes uſqꝫ ad eum
die in quo i troiuit i archa noe
Et no cognouerunt donec venit
diluuium z tulit omnes Ita erit
aduentus filii hois Tunc duo erunt
i agro vnus aſſumetur z alter relinquetur
Duo erunt molentes i mola vna
aſſumetur z altera relinquetur Duo in
lecto vnus aſſumetur z alter relinquetur
Vigilate ergo qꝛ neſcitis qua hora
dns vr venturus ſit Illud aut
ſcitote qꝛ ſi ſciret pr familias
qua hora fur venturus eet vi
gilaret vtiqꝫ z no ſineret per
fodi domu ſua Ita z vos
eſtote parati qꝛ qua hora non
putatis filius hois venturus e
Quis putas e fidelis ſeruus z pru
dens quem ꝯſtituit dns ſup fa
miliam ſua vt det ill cibu in
tpe Beatus ille ſeruus que cu venerit
dns eius inuenerit ſic facientem
Amen dico vobis qm ſup omnia
bona ſua ꝯſtituet eu Si aut
dixerit malus ille ſeruus i corde
ſuo moram facit dns meus
venire z ceperit pcutere conſeruos

ſuos Manducet aut z bibat cum
ebrioſis Veniet dns ſerui illius
i die qua no ſperat z hora qua ignor
rat z diuidet eu ptemqꝫ eius ponet
cu ypocritis Ibi erit fletus z ſtridor
dentium Capitulum viceſimum quintum
Tunc ſimile erit regnu celoꝝ decem
virginibus que accipientes la
pades ſuas exierunt obuiam ſpo
ſo z ſponſe Quinqꝫ aut ex eis erant
fatue z quinqꝫ prudentes Sed quinqꝫ
fatue acceptis lampadibus no ſump
ſerunt oleu ſecu Prudentes vero ac
ceperunt oleu i vaſis ſuis cu lampa
dibus Moram aut faciente ſponſo dor
mitauerunt omnes z dormierunt Media
aut nocte clamor factus e Ecce ſpo
ſus venit exite obuiam ei Tunc
ſurrexerunt omnes virgines ille z
ornauerunt lampades ſuas Fatue
aut ſapientibus dixerunt Date nobis
de oleo vro qꝛ lampades nre ex
tinguuntur Reſponderunt prudentes dicentes
Ne forte non ſufficiat nobis z vobis
ite pocius ad vendentes z emite vo
bis Dum aut irent emere venit ſpo
ſus z que parate erant i trauerunt cu eo
ad nupcias z clauſa e ianua No
uiſſime aut venerunt z relique virgines
dicentes Dne dne aperi nobis At
ille rndens ait ill Amen dico vobis
neſcio vos Vigilate itaqꝫ qꝛ
neſcitis diem neqꝫ horam Sicut ei
homo pegre pficiſcens vocauit
ſeruos ſuos z tradidit ill bona ſua
Et vni dedit quinqꝫ talenta alii aut
dedit duo alii vero vnu vnicuiqꝫ
ſcdm ppriam virtutem z pfectus e ſtatim
Abiit aut z qui quinqꝫ talenta acce
perat z operatus e i eis z lucratus e
alia quinqꝫ Similr z qui duo acceperat
lucratus e alia duo Qui aut vnu
acceperat abiens fodit i tram z abſcon
dit pecuniam dni ſui Poſt multu

vero temporis venit dominus servorum illorum et po
suit rationem cum eis Et accedens qui quinque
talenta acceperat obtulit alia quinque
talenta dicens Domine quinque talenta
tradidisti mihi ecce alia quinque super
lucratus sum Ait illi dominus eius Euge
serve bone et fidelis quia in pauca fui
sti fidelis super multa te constituam
intra in gaudium domini tui Accessit autem
et qui duo talenta acceperat et
ait Domine duo talenta tradidisti mihi
ecce alia duo superlucratus sum Ait
illi dominus eius Euge serve bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam intra in gaudium domini
tui Accedens autem et qui unum tale
tum acceperat ait Domine scio quia homo
durus es metis ubi non seminasti et con
gregas ubi non sparsisti Et timens
abii et abscondi talentum tuum in terra
Ecce habes quod tuum est Respondens autem dominus
eius dixit ei Serve male et piger Scie
bas quia meto ubi non semino et con
grego ubi non sparsi Oportuit ergo te
pecuniam meam committere nummula
riis Et ego veniens recepissem
utique quod meum est cum usura Tollite
itaque ab eo talentum et date ei qui
habet decem talenta Omni enim habenti
dabitur et habundabit Et ei autem qui non
habet et quod videtur habere auferetur ab eo et inutile
servum eicite et mittite in tenebras ex
teriores illic erit fletus et stridor dentium
¶ Cum autem venerit filius hominis in maie
state sua et omnes angeli eius cum eo
Tunc sedebit super sedem maiestatis sue
Et congregabuntur ante eum omnes gen
tes et separabit eos ab invicem sicut
pastor segregat oves ab hedis
Et statuet quidem oves a dextris
suis hedos autem a sinistris Tunc dicet
rex his qui a dextris eius erunt Ve
nite benedicti patris mei possidete pa
ratum vobis regnum a constitutione mundi
Esurivi enim et dedistis mihi manducare sitivi

et dedistis mihi bibere hospes eram et colle
gistis me nudus eram et cooperuistis me
infirmus eram et visitastis me in car
cere eram et venistis ad me Tunc respon
debunt ei iusti dicentes Domine quando vidi
mus te esurientem et pavimus te si
tientem et dedimus tibi potum quando autem
vidimus te hospitem et collegimus te
aut nudum et cooperuimus te aut quando
vidimus te infirmum aut in carcere et veni
mus ad te Et respondens rex dicet illis
Amen dico vobis quamdiu fecistis
uni ex his fratribus meis minimis
mihi fecistis Tunc dicet rex his qui
a sinistris eius erunt Discedite a me
maledicti in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius Esurivi enim et
non dedistis mihi manducare Sitivi
et non dedistis mihi bibere hospes eram
et non collegistis me nudus et non
cooperuistis me infirmus et in carcere
et non visitastis me Tunc respondebunt
ei et ipsi dicentes Domine quando vidimus
te esurientem aut sitientem aut hos
pitem aut nudum aut infirmum aut in carcere
et non ministravimus tibi Tunc respon
debit illis dicens Amen dico vobis
quamdiu non fecistis uni de minori
bus his nec mihi fecistis Et ibunt hii in
supplicium eternum iusti autem in vitam
Et factum est cum cap 26 eternam
consummasset Iesus sermones hos
omnes dixit discipulis suis Scitis
quia post biduum pascha fiet et filius
hominis tradetur ut crucifigatur Tunc
congregati sunt principes sacerdotum
et seniores populi in atrium principis sa
cerdotum qui dicebatur Cayphas Et
consilium fecerunt ut Iesum dolo te
nerent et occiderent Dicebant autem
Non in die festo ne forte tumultus
fieret in populo Cum autem Iesus esset in
Bethania in domo Symonis leprosi
accessit ad eum mulier habens alabastrum
unguenti preciosi et effudit super cap

ipsius recumbentis Videntes autem
discipuli indignati sunt dicentes Ut
quid perditio hec Potuit istud enim
venundari multo et dari pauperibus
Sciens autem ihesus ait illis Quid mo
lesti estis huic mulieri Opus enim bonum
operata est in me Nam pauperes habe
tis vobiscum · me autem semper non habebitis
Mittens enim hec unguentum in corpus
meum ad sepeliendum me fecit
Amen dico vobis ubicumque predica
tum fuerit hoc evangelium in toto mundo dicetur
et quod hec fecit in memoriam eius
Tunc abiit unus de xii qui dicebatur
iudas scarioth ad principes sa
cerdotum et ait illis Quid vultis mihi
dare et ego eum vobis tradam At
illi constituerunt ei triginta argen
teos Et exinde querebat opportunita
tem ut eum traderet Prima autem die
azimorum accesserunt ad ihesum discipuli
dicentes ubi vis paremus tibi co
medere pascha At ihesus dixit Ite
in civitatem ad quendam et dicite ei Magister
dicit tempus meum prope est apud te facio
pascha cum discipulis meis Et fecerunt
discipuli sicut constituit illis ihesus Et pa
raverunt pascha Vespere autem facto di
scumbebat cum xii discipulis suis et
edentibus illis dixit Amen dico vobis
quia unus vestrum me traditurus est
Et contristati valde ceperunt
singuli dicere Numquid ego sum domine At
ipse respondens ait Qui intingit mecum
manum in parapside hic me tradet
Filius quidem hominis vadit sicut scrip
tum est de illo Ve autem homini illi per quem
filius hominis tradetur Bonum erat ei
si natus non fuisset homo ille Respon
dens autem iudas qui tradidit eum dixit
Numquid ego sum rabbi Ait illi Tu
dixisti Cenantibus autem illis Acce
pit ihesus panem et benedixit ac fre
git deditque discipulis suis et
ait Accipite et comedite hoc est

corpus meum Et accipiens calicem gratias
egit et dedit illis dicens Bibite ex
hoc omnes hic est enim sanguis meus
novi testamenti qui pro multis effun
detur in remissionem peccatorum Dico autem
vobis non bibam amodo de hoc genimine
vitis usque in diem illum cum illud vobiscum
bibam novum in regno patris mei Et
hymno dicto exierunt in montem oli
veti Tunc dicit illis ihesus Omnes vos
scandalum patiemini in me in ista
nocte Scriptum est enim Percutiam pas
torem et dispergentur oves gregis
Postquam autem surrexero precedam vos
in galileam Respondens autem petrus
ait illi Et si omnes scandalizati fue
rint in te ego numquam scandalizabor
Ait illi ihesus Amen dico tibi quia in hac
nocte antequam gallus cantet ter me
negabis Ait illi petrus Etiam si
oportuerit me mori tecum · non te ne
gabo Similiter et omnes discipuli dixerunt
Tunc venit ihesus cum illis in villam que
dicitur gethsemani et dixit discipulis suis
Sedete hic donec vadam illuc et
orem Et assumpto petro et duobus
filiis zebedei cepit contristari et
mestus esse Tunc ait illis Tristis est
anima mea usque ad mortem Susti
nete hic et vigilate mecum Et pro
gressus pusillum procidit in faciem suam
orans et dicens Pater mi Si possibile
est transeat a me calix iste Verumtamen
non sicut ego volo sed sicut tu vis
Et venit ad discipulos suos et in
venit eos dormientes Et dicit petro
Sic non potuistis una hora vi
gilare mecum Vigilate et orate
ut non intretis in temptationem Spiritus quidem
promptus est caro autem infirma Iterum
secundo abiit et oravit dicens Pater
mi si non potest transire hic calix
nisi bibam illum fiat voluntas tua
Et venit iterum et invenit eos dor

inuenit eos. Erant enim oculi eorum grauati.
Et relictis illis iterum abijt et orauit tertio
eundem sermonem dicens. Tunc venit ad
discipulos suos et dicit illis. Dor
mite iam et requiescite. Ecce ap
propinquabit hora et filius hominis
tradetur in manus peccatorum. Surgite e
amus. Ecce appropinquat qui me tra
det. Et adhuc eo loquente ecce Iu
das unus de xij venit et cum eo turba
multa cum gladijs et fustibus missi
a principibus sacerdotum et senioribus
populi. Qui autem tradidit eum dedit eis
signum dicens. Quemcumque osculatus fuero
ipse est tenete eum. Et confestim acce
dens ad ihesum dixit. Aue rabbi. Et
osculatus est eum. Dixitque ei ihesus
Amice ad quid venisti. Tunc acces
serunt et manus iniecerunt in ihesum et te
nuerunt eum. Et ecce unus ex his qui
erant cum ihesu extendens manum ex
emit gladium suum et percuciens ser
uum principis sacerdotum amputauit
auriculam eius dexteram. Tunc ait
illi ihesus. Conuerte gladium tuum in lo
cum suum. Omnes enim qui acceperint gladium
gladio peribunt. An non putas quia
possum rogare patrem meum et exhi
bebit michi modo plus quam xij legiones
angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripture
quia sic oportet fieri. In illa hora
dixit ihesus turbis. Tamquam ad latronem existis cum
gladijs et fustibus comprehendere me.
Cottidie apud vos sedebam docens
in templo et non me tenuistis. Hoc autem
totum factum est ut adimplerentur scripture
prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo
fugierunt. At illi tenentes ihesum du
xerunt eum ad caypham principem sac
erdotum ubi scribe et pharisei et seniores
conuenerant. Petrus autem sequebatur eum
a longe usque in atrium principis sacerdotum.
Et ingressus intro sedebat cum

ministris ut videret finem. Principes
autem sacerdotum et omne concilium querebant
falsum testimonium contra ihesum ut eum mor
ti traderent et non inuenerunt. Cum mul
ti falsi dixerunt. Hic dixit. Possum
destruere templum dei et post triduum
reedificare illud. Et surgens prin
ceps sacerdotum ait illi. Nichil re
spondes ad ea que isti aduersum te
testificantur. Ihesus autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. Ad
iuro te per deum viuum ut dicas no
bis si tu es xpistus filius dei viui. Di
cit ei ihesus. Tu dixisti. Verumtamen
dico vobis amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis
dei et venientem in nubibus celi. Tunc
princeps sacerdotum scidit vestimenta sua
dicens. Blasphemauit. Quid adhuc
egemus testibus. Ecce nunc audistis
blasphemiam. Quid vobis videtur.
At illi respondentes dixerunt. Reus est
mortis. Tunc exspuerunt in faciem
eius. Et colaphis eum ceciderunt.
Alij autem palmas in faciem eius
dederunt dicentes. Prophetiza nobis
xpiste. Quis est qui te percussit. Pe
trus autem sedebat foris in atrio. Et
accessit ad eum una ancilla dicens.
Et tu cum ihesu galileo eras. At
ille negauit coram omnibus dicens
Nescio quid dicis. Exeunte autem illo
ianuam vidit eum alia ancilla. Et
ait hijs qui erant ibi. Et hic erat
cum ihesu nazareno. Et iterum ne
gauit cum iuramento quia non noui
hominem. Et post pusillum accesserunt
ad eum qui stabant et dixerunt petro
Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua
manifestum te facit. Tunc cepit
detestari et iurare quia non nouis
set hominem. Et continuo gallus
cantauit. Et recordatus est petrus
verbi ihesu quod dixerat. Prius quam gallus

cantet ter me negabis Et egressus
foras fleuit amare.
Mane autem facto consilium ierunt
omnes principes sacerdotum et
seniores populi aduersus ihesum ut eum
morti traderent Et uinctum adduxerunt
eum et tradiderunt poncio pilato pre
sidi Tunc uidens iudas qui eum
tradidit quod dampnatus esset penitencia duc
tus retulit triginta argenteos
principibus sacerdotum et senioribus
populi dicens Peccaui tradens sanguinem
iustum At illi dixerunt Quid ad nos
Tu uideris Et proiectis argenteis in
templo recessit abiens laqueo se
suspendit Principes autem sacerdotum
acceptis argenteis dixerunt Non
licet eos mittere in corbanan quia pre
cium sanguinis est Consilio autem inito
emerunt ex illis agrum figuli in sepul
turam peregrinorum Propter hoc uocatus est ager
ille acheldemach hoc est ager
sanguinis usque in hodiernum diem
Tunc adimpletum est quod dictum est per ieremiam
prophetam dicentem Et acceperunt tri
ginta argenteos precium appreciati
quem appreciauerunt a filiis israel et dede
runt eos in agrum figuli sicut constituit
mihi dominus Ihesus autem stetit ante presidem
Et interrogauit eum preses dicens Tu es
rex iudeorum Dicit ei ihesus Tu dicis
Et cum accusaretur a principibus sacerdotum
et senioribus nichil respondit Tunc dicit ei pylatus
Non audis quanta aduersum te dicunt
testimonia Et non respondit ei ad ullum uerbum
ita ut miraretur preses uehementer
Per diem autem sollempnem consueuerat
preses dimittere populo uinctum unum quem
uoluissent Habebat autem tunc uinc
tum unum insignem qui dicebatur bar
rabas Congregatis illis dixit pylatus
Quem uultis dimittam uobis barraba
an ihesum qui dicitur christus Sciebat enim quod
per inuidiam tradidissent eum Sedente
autem eo pro tribunali misit ad eum

uxor eius dicens Nichil tibi et iusto
illi Multa enim passa sum hodie per uisum
propter eum Principes autem sacerdotum et seni
ores persuaserunt populis ut peterent
barraban Ihesum uero perderent Respondens
autem preses ait illis Quem uultis uobis
de duobus dimittam At illi dixerunt
Barraban Dicit eis pylatus Quid
igitur faciam de ihesu qui dicitur christus Dicunt omnes
Crucifigatur Ait illis preses Quid enim
mali fecit At illi magis clamabant
dicentes Crucifigatur Uidens autem
pylatus quia nichil proficeret sed magis tu
multus fieret accepta aqua lauit
coram populo manus dicens Ego innocens
sum a sanguine iusti huius uos ui
deritis Et respondit uniuersus populus dixit
Sanguis eius super nos et super
filios nostros Tunc dimisit illis
barraban Ihesum uero flagellatum tra
didit eis ut crucifigeretur Tunc mi
lites presidis accipientes ihesum in
pretorio congregauerunt ad eum uniuer
sam cohortem Et exuentes eum
clamidem coccineam circumdederunt
illi Et plectentes coronam de spinis
posuerunt super caput eius et arundinem
in dextra eius Et genu flexo ante
eum illudebant illi dicentes Aue
rex iudeorum Et expuentes in eum
acceperunt arundinem et percuciebant
caput eius Et postquam illuserunt
ei exuerunt clamidem et induerunt
eum uestimentis eius et duxerunt eum ut
crucifigerent Exeuntes autem inuenerunt
hominem cyreneum de uilla nomine
Symonem Hunc angariauerunt ut
tolleret crucem eius Et uenerunt in lo
cum qui dicitur golgatha quod est calua
rie locus Et dederunt ei uinum bi
bere cum felle mixtum Et cum gustas
set noluit bibere Postquam autem cruci
fixerunt eum diuiserunt uestimenta
eius sortem mittentes ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem Di

miserunt sibi vestimenta mea et super
vestem meam miserunt sortem Et sede
tes servabant eum Et imposuerunt super
caput eius causam ipsius scriptam Hic est
ihesus nazarenus rex iudeorum Tunc
crucifixi sunt cum eo duo latrones
vnus a dextris et vnus a sinistris
Pretereuntes autem blasphemabant
eum mouentes capita sua et dicentes
Vath qui destruis tem
plum dei et in triduo reedificas illud
Salua temetipsum si filius dei es
descende de cruce Similiter principes
sacerdotum illudentes cum scribis et se
nioribus dicebant Alios saluos
fecit seipsum non potest saluum facere
Si rex israel est descendat nunc de cruce et cre
dimus ei Confidit in deum liberet eum nunc
si vult dixit enim filius dei sum Idipsum
autem et latrones qui crucifixi erant
cum eo improperabant ei A sexta autem hora te
nebre facte sunt super vniuersam terram vsque
ad horam nonam et circa horam nonam
exclamauit ihesus voce magna dicens
Hely hely lamazabathani hoc est deus
meus deus meus vt quid dereliquisti me
Quidam autem illic stantes et audien
tes dicebant Helyam vocat iste
Et continuo currens vnus ex hijs ac
cepta spongia impleuit aceto
et imposuit arundini et dabat ei bi
bere Ceteri autem vero dicebant Sine
videamus an veniat helyas libe
rans eum Ihesus autem clamans vo
ce magna emisit spiritum Et ecce
velum templi scissum est in duas partes
a summo vsque deorsum Et terra mo
ta est et petre scisse sunt et monumenta
aperta sunt et multa corpora sanctorum mor
tuorum qui dormierant surrexerunt
et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctam ciuitatem et apparu
erunt multis Centurio autem et qui cum

eo erant custodientes ihesum viso
terre motu et hijs que fiebant timu
erunt valde dicentes vere filius dei
erat iste Erant autem ibi mulieres
multe a longe que secute erant
ihesum a galilea ministrantes ei Inter
quas erat maria magdalene et
maria iacobi et ioseph mater filiorum
zebedey Cum autem sero factum esset
venit quidam homo diues ab arima
thia nomine ioseph qui et ipse
discipulus erat ihesu Hic acces
sit ad pylatum et petijt corpus ihesu
Tunc pylatus iussit reddi corpus
Et accepto corpore Ioseph inuol
uit illud in syndone munda et po
suit in monumento nouo suo quod ex
ciderat in petra Et aduoluit
saxum magnum ad ostium monumenti
et abijt Erat autem ibi maria mag
dalene et altera maria sedentes
contra sepulchrum Altera autem die
que est post parasceuen conuenerunt prin
cipes sacerdotum et pharisei ad pilatum
dicentes Domine recordati sumus
quia seductor ille dixit adhuc viuens
post tres dies resurgam Iube ergo
custodiri sepulchrum vsque in diem
tercium Ne forte veniant discipuli eius
et furentur eum et dicant plebi surrexit
a mortuis Et erit nouissimus
error peior priore Ait illis py
latus Habetis custodiam Ite custodite
sicut scitis Illi autem abeuntes mu
nierunt sepulchrum signantes la
pidem cum custodibus. cap vlt

Vespe autem sabbati que lucescit
in prima sabbati venit maria
magdalena et altera maria videre
sepulchrum. Et ecce terre motus
factus est magnus Angelus enim domini
descendit de celo Et accedens
reuoluit lapidem et sedebat super
eum Erat autem aspectus eius sicut
fulgur et vestimenta eius sicut nix

Pre timore autem eius exterriti sunt custodes
et facti sunt velud mortui. Respondens autem
angelus dixit mulieribus: Nolite time
re vos. Scio enim quod ihesum qui
crucifixus est queritis. Non est hic, surrexit
sicut dixit. Venite et videte locum
ubi positus erat dominus. Et cito eun
tes dicite discipulis eius quia surrexit.
Et ecce precedet vos in galileam.
Ibi eum videbitis. Sicut predixi vobis.
Et exierunt cito de monumento cum ti
more et gaudio magno currentes
nunciare discipulis suis. Et ecce ihesus
occurrit eis dicens: Avete. Ille autem
accesserunt et tenuerunt pedes eius
et adoraverunt eum. Tunc ait illis ihesus:
Nolite timere. Ite nunciate fratribus
meis ut eant in galileam, ibi me
videbunt. Que cum abiissent, ecce qui
dam de custodibus venerunt in civitatem
et nunciaverunt principibus sacerdotum
omnia que facta fuerant. Et congregati cum
senioribus consilio accepto pecuniam
copiosam dederunt militibus dicentes:
Dicite quia discipuli eius venerunt nocte
et furati sunt eum nobis dormientibus.
Et si hoc auditum fuerit a preside, nos
suadebimus ei et securos vos fa
ciemus. At illi accepta pecunia
fecerunt sicut erant edocti. Et di
vulgatum est verbum istud apud iu
deos usque in hodiernum diem.
Undecim autem discipuli abierunt in
galileam in montem ubi constituerat
illis ihesus. Et videntes eum adora
verunt, quidam autem dubitaverunt. Et acce
dens ihesus locutus est eis dicens:
Data est michi omnis potestas in celo et in
terra. Euntes ergo docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris
et filii et spiritus sancti, docentes eos
servare omnia quecumque mandavi vo
bis. Et ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummacionem

Scdl Digniti ptes fuat m^t dm^o
S. mathei ewangeliste

cristus | a magis | in iordane | dyabolus
Natus · adoratur · lotus · temptat
in monte | de principibus | cecus | crista | da in fine | matheum
docet | curat | Doctrina | salus | vocat
apostolos | iohannem | sabbato
eligit | laudat | sata transit | Post
parabolarum | ... | panes | petrus dat
enigmata | capit | septem | claves
statuit | minor | operarios dat | hebreos
decori in fame | et questio | denarius | primi | ultimi
census | predicat mala | ficum maledicit | decem pena
munus fina qz | vocare | premia | iudicat
xpc cum suis | pressus | cristus
cenat | patitur | qz resurgit | xpo bum

Marcus evangelista dei
electus et petri in baptis
mate filius atque in di
vino sermone discipulus
sacerdotium in israel agens
secundum carnem levita ad fidem xpi conver
sus evangelium in ytalia scripsit ostendens
in eo quid et generi suo deberet et xpo. Nam
initium principii in voce prophetice excla
macionis instituens ordinem levitice
electionis ostendit ut predicans prede
stinatum iohannem filium zacharie in
voce angeli emissum annuncians
Non solum verbum carnem factum sed et corpus
domini in omnia per verbum divine vocis animatum
in initio evangelice predicacionis ostenderet
Ut qui hec legens sciret cui initium
carnis in domino et ihesu advenientis
habitaculum caro deberet agnoscere atque
in se verbum vocis quod in consonantibus perdi
derat inveniret. Denique et perfecti
evangelii opus intrans et a baptismo domini pre
dicare deum inchoans non laboravit
nativitatem carnis quam in prioribus viderat
dicere. Sed totus in primis expositionem
deserti ieiunium numeri temptacionem
dyaboli congregacionem bestiarum et
ministerium protulit angelorum. Ut in
stituens nos ad intelligendum singula
in brevi compingens nec auctoritatem
facte rei demeret. Et perficiendo operis
plenitudinem non negaret. Denique

amputasse sibi post fidem pollicem dici
tur ut sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum co
sentiens fidei predestinata potuit
electio ut non sit in opere verbi perderet quod
prius meruerat in genere. Nam alex
andrie episcopus fuit scire et evangelii in se
dicta disponere. Et disciplinam legis
in se agnoscere. Et divinam in carne domini
intelligere naturam que in nobis primum requi
ri oportet dehinc inquisita volumus
agnosci habentes mercedem exhor
tacionis quoniam qui plantat et ri
gat unum sunt qui autem incrementum
prestat deus est. Capitulum primum

Initium evangelii Ihesu Christi filii
dei. Sicut scriptum est in ysaia pro
pheta. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui preparabit viam
tuam ante te. Vox clamantis in deserto
parate viam domini rectas facite semitas
eius. Fuit iohannes in deserto bapti
zans et predicans baptismum penitentie in
remissionem peccatorum. Et egrediebatur
ad eum Ierosolimite universi et omnis
regio iudee et baptisabantur ab illo
iordanis flumine confitentes peccata
sua. Et erat iohannes indutus pilis
camelorum et zona pellicea circa
lumbos eius et locustas et mel sil
vestre edebat et predicabat dicens
Venit fortior me post me cuius non
sum dignus procumbens solvere cor
rigiam calciamentorum eius. Ego bap
tisavi vos in aqua ille vero baptisa
bit vos spiritu sancto. Et factum est in diebus
illis venit Ihesus a nazareth galy
lee et baptizatus est a iohanne in iordane
Et statim ascendens de aqua vidit
celos apertos et spiritum sanctum tamquam
columbam descendentem et manentem in
ipso et vox facta est de celis tu es filius
meus dilectus in te complacui. Et sta
tim spiritus expulit eum in desertum
Et erat in deserto xl diebus et xl
noctibus et temptabatur a sathana

Eratque cum bestiis et angeli ministrabant
ei. Postquam autem traditus est iohannes
venit ihesus in galileam predicans
evangelium regni dei et dicens. Quoniam im
pletum est tempus et appropinquabit regnum
dei. Penitemini et credite evangelio
Et preteriens secus mare galilee vi
dit Symonem et andream fratrem eius
mittentes retia in mare. Erant enim
piscatores. Et dixit eis Venite post
me faciam vos fieri piscatores hominum
Et protinus relictis retibus secuti sunt
eum. Et progressus inde pusillum vi
dit Iacobum zebedei et iohannem
fratrem eius et ipsos in navi componentes
retia sua. Et statim vocavit illos
Et relicto patre suo zebedeo in navi
cum mercenariis secuti sunt eum
Et ingrediebantur capharnaum. Et
statim sabbatis ingressus synago
gam docebat eos. Et stupebant
super doctrina eius. Erat enim docens
eos quasi potestatem habens non sicut scribe
Et erat in synagoga eorum homo spiritu
immundo et exclamavit dicens. Quid nobis
et tibi ihesu nazarene venisti ante
tempus perdere nos. Scio quod sis sanctus
dei. Et comminatus est ei ihesus dicens
Obmutesce et exi de homine. Et dis
cerpens eum spiritus immundus. Et excla
mans voce magna exiit ab eo
Et mirati sunt omnes ita ut conquire
rent inter se dicentes. Quidnam hoc est
Que nova doctrina hec. Quia
in potestate et spiritibus immundis imperat
et obediunt ei. Et processit rumor eius
statim in omnem regionem galilee
Et protinus egredientes de synagoga
venerunt in domum symonis et an
dree cum iacobo et iohanne. Decum
bebat autem socrus symonis
febricitans et statim dicunt ei de
illa. Et accedens elevavit eam
apprehensa manu eius. Et continuo
dimisit eam febris et ministrabat

cis Vespe aut fco cu occidisset sol
afferebant ad eu omes male hntes
et demonia hntes Et erat omis
ciuitas congregata ad ianua Et
curabat multos qui vexabant
varijs languoribus Et demonia
multa eiciebat et no sinebat ea
loqui qm sciebat eum Et dilu
culo valde surgens egressus
abijt i desertum locu ibiqz orabat
Et psecutus e eu symon et qui cu eo
erant Et cu i venisset eu dixerut
ei qz omes querut te Et ait illis eamus
i proximos vicos et ciuitates ut et ibi
pdicem ad hoc eni veni Et erat
pdicans i synagogis eorum galilea
et demonia eiciens Et venit ad eu
leprosus deprecans et genuflexo
dixit dne Si vis potes me mu
dare Jhus aut misertus eius ex
tendit manu sua et tanges eu
ait illi Volo mundare Et cum
dixisset stati discessit ab eo lepra
et mundatus e Et comminatus e ei sta
ti qz eiecit illu et dicit ei Vide
nemini dixeris Sz vade ostende te
principibus sacerdotum et offer pro mu
datione tua q precepit moyses in
testimoniu illis Et egressus cepit p
dicare et diffamare smone Jta
ut iam no posset manifeste in
troire i ciuitate Sz foris i desertis
locis esse Et conueniebat ad eum
Et iterum i trauit 2 vndiqz
ihus i capharnaum post dies
octo Et auditu e qz i domo eet
et conuenerunt multi ita ut no caperent
neqz ad ianua et loquebatur eis verbum
Et venerat ad eu ferentes pali
ticu qui a quatuor portabatur Et
cu no possent eu offerre illi pre tu
rba nudauerut tectu vbi erat Et pa
tefacientes submiserut graba
tum i quo paliticus iacebat Cu
vidisset aut ihus fidem illorum ait
palitico Fili dimittuntur tibi peta
tua Erat aut illic quida de scribis se
dentes et cogitantes i cordibus suis
Quid hic sic loquitur Blasphemat Quis
pt dimittere peta nisi solus deus Quo
stati cognito ihs spu sco qz sic co
gitarent itra se dicit illis Quid ista
cogitatis i cordibus vris Quid e facilius
dicere palitico dimittuntur tibi peta an
dicere Surge et tolle grabatu tuu et
ambula Vt aut sciatis qz filius hois
hat ptate in tra dimittendi peta ait
palitico Tibi dico surge tolle gra
batu tuu et ambula et vade i domu
tua Et stati surrexit ille Et subla
to grabato abijt in cora omibus
Jta vt admirarentur omes et honori
ficarent deu dicentes Quia nuqua
sic vidimus Et egressus e rursum
ad mare omisqz turba veniebat
ad eu et docebat eos. Et cu preteriret
vidit leui alphei sedentem ad
theolonium et ait illi Sequere me
Et surgens secutus e eu. Et factum e
cu accumberet i domo illius Erat eni
multi publicani et peccatores simul
discumbebat cu ihu et discipulis eius
Erat eni multi qui sequebatur eu scribe
et pharisei dicentes Quia manducare cu
publicanis et peccatoribus dicebat
discipulis eius Quare cu publicanis et
peccatoribus manducat et bibit vester
magister Hoc audito ihs ait illis No
necesse hnt sani medico sed qui
male hnt No eni veni vocare iu
stos. Sz peccatores Et erat discipuli
Johannis et pharisei ieiunantes et ve
niunt et dicunt illi Quare discipuli Johannis
et phariseorum ieiunant. tui aut discipuli
no ieiunant Et ait illis ihs Nunqd
pnt filij nuptiarum quadiu sponsus
cu illis e ieiunare Quanto tpe
hnt secu sponsu no pnt ieiunare
Venient aut dies cu auferetur ab eis
sponsus et tunc ieiunabunt in illis

dicebat. Nemo assumentum panni rudis
assuit vestimento veteri alioquin au
fert supplementum novum a veteri et
maior scissura fit. Et nemo mittit
vinum novum in utres veteres alio
quin dirumpet vinum utres et vinum
effundetur et utres peribunt. Sed vinum
novum in utres novos mitti debet.
Et factum est iterum cum dominus sabbatis am
bularet per sata. Et discipuli eius cepe
runt progredi et vellere spicas. Pharisei
dicebant ei. Ecce quid faciunt discipu
li tui sabbatis quod non licet. Et ait illis
Ihesus. Numquam legistis quid fecerit David
quando necesse habuit et esuriit ipse et qui
cum eo erant. Quomodo introivit in domum
dei sub Abyathar principe sacerdotum
et panes propositionis manducavit quos
non licebat comedere nisi solis sacerdotibus.
Et dedit eis qui cum ipso erant. Et
dicebat eis. Sabbatum propter hominem
factum est et non homo propter sabbatum. Itaque
dominus est filius hominis et sabbati. 3
Et introivit iterum ad synago
gam. Et erat ibi homo habens
manum aridam. Et observabant eum
si sabbatis curaret ut accusarent
eum. Et ait homini habenti manum aridam.
Surge in medium. Et dicit eis. Licet
sabbato bonum facere an male. animam
salvam facere an perdere. At illi tace
bant. Et circumspiciens eos cum ira con
tristatus super cecitate cordis eorum dicit
homini. Extende manum tuam. Et extendit
et restituta est manus illi. Exeuntes
autem pharisei statim cum Herodianis
consilium faciebant adversus eum quomodo
eum perderent. Ihesus autem cum discipulis
suis secessit ad mare. Et multa
turba a Galilea et Iudea secuta est
eum et ab Ierosolimis et ab Ydumea et
trans Iordanem. Et qui circa Tyrum et Sy
donem multitudo magna audientes que

faciebat venerunt ad eum. Et dixit Ihesus
discipulis suis ut navicula ei deserviret
propter turbam ne comprimerent eum. Multos
enim sanabat ita ut irruerent in eum
ut illum tangerent. Quotquot autem
habebant plagas et spiritus immundi cum
illum videbant procidebant ei et clamabant
dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer
comminabatur eis ne manifestarent illum.
Et ascendens in montem vocavit ad
se quos voluit ipse et venerunt ad eum.
Et fecit ut essent duodecim cum illo
ut mitteret eos predicare. Et dedit
illis potestatem curandi infirmitates et eiciendi
demonia. Et imposuit Symoni nomen
Petrus. Et Iacobum Zebedei et Iohannem
fratrem Iacobi. Et imposuit eis nomina
Boanerges aliter Baargones vel
Baryona quod est filii tonitrui. Et An
dream et Philippum et Bartholomeum
et Mathium et Thomam et Iacobum Al
phei et Thatheum et Symonem Cha
naneum et Iudam Scarioth qui tradidit
illum. Et venerunt ad domum et convenit
iterum turba. Itaque non possent neque pa
nem manducare. Et cum audissent sui
exierunt tenere eum. dicebant enim quoniam
in furorem versus est. Et scribe qui ab Ierosso
limis descenderant dicebant quoniam
Belzebub habet et quia in principe demo
niorum eicit demonia. Et convocatis
eis in parabolis dicebat illis. Quomodo potest
sathanas sathanam eicere. Et si regnum
in se dividatur non potest stare illud. Et si do
mus in semetipsam dispertiatur non poterit illa
domus stare. Et si sathanas consur
rexerit in semetipsum dispertitus est
et non poterit stare sed finem habebit. Ne
mo potest vasa fortis ingressus in domum
diripere nisi prius fortem alliget et tunc
domum eius diripiet. Amen dico vobis
quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata
et blasphemie quibus blasphemaverint.
Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum

no hebit remissionem i eternu Sed reus
erit eterni delicti qm dicebat spm i
mundu hz Et veniut mr ei et fres
sorores stantes foris miserut ad eu
vocantes eu Et sedebat circa eum
tba et dicut ei Ecce mr tua et fres
tui foris querut te Et rndens ait eis
Que e mr mea et fres mei Et circu
spiciens eos qui i circuitu ei sede
bat ait Ecce mr mea et fres mei
Qui eni fecit voluntate dei hic
fr meus et soror mea et mr est 4

Et iteru cepit ihus doce ad mare
Et congregata e ad eu tba
multa ita ut i nave ascendes sedet
i mari et omnis tba circa mare sup
tram Et docebat eos i pabolis
multa et dicebat illis i doctrina sua
Audite Ecce exijt seians ad semi
nandu Et du seminat aliud cecidit
circa via Et venerut volucres celi
et comederut id Aliud vo cecidit sup
petrosa ubi no hbuit tra multam
et statim exortu e qm no hbuit al
titudine tre et qn exortus e sol ex
estuavit et eo q no hebat radi
ce exaruit Et aliud cecidit i spi
nas et ascederut spine et suffocaut
illud et fructu no dedit Et aliud
cecidit i tra bona et dabat fructu
ascendente et crescente Et affere
bat unu tricesimu et unu sexagesimu
et unu centesimu et dicebat Qui hz
aures audiendi audiat Et cu eet
singularis iterrogaverut eu hij qui
cu eo erat xij pabola expone
Et dicebat eis Vob datu e nosse
se misterium dei regni Illis aut
qui foris st i pabolis omia fiut
ut videntes videat et no videat
Et audientes audiat et no itelligat
necqn covertant et dimittat eis pec
cata Et ait ill Nescitis pabola hac
et quo omes pabolas cognoscetis
Qui seminat vbu hij aut st qui

circa via ubi seminat vbu dei Et cum
audierint cofestim venit sathanas et
aufert vbu qd seiatu e i cordibus eoru
Et hij st silr qui sup petrosa seiat
Qui cu audiut vbu statim cu gaudio
accipiut id et no hnt radice i se sed
tpales st Deinde orta tribulacoe et pse
cucoe ppter vbu cofestim scandalisant
Et alij st qui i spinis seminant hij st
qui vbu dei audiut et erumpne sctli
et deceptio diviciarum et circa reliqua
cocupie introeuntes suffocat vbu
et sine fructu efficitur Et hij st qui
sup bona tram seiati st Qui audiut
vbu et suscipiut et fructificantes
unu tricesimu unu sexagesimu et
unu centesimu Et dicebat ill Nunq
venit lucerna ut submodio ponat
aut sub lecto Nonne ut sup candelabru
ponat Non e eni aliqd absconditu
qd no manifestetur Nec factu e occultu
qd i pala no veniat Siquis hz au
res audiendi audiat Et dicebat ill
videte qd audiatis In qua mesura
mensi fueritis remecietur vob et adicietur
vob Qui eni hz dabitur illi et qui
no hz et qd hz auferet ab eo et dicebat
Sic e regnu dei Quemadmodum si
ho iaceat sementu i tra et dormiat
et exsurgat nocte et die et semen
germinet et crescat du nescit ille
Ultro ei tra primo fructificat her
ba deinde spica deinde plenu frume
tu i spica Et cu expe pduxit
fructus statim mittet falcem qm
adest messis Et dicebat Cui as
similabimus regnu dei aut cui pa le
cpabimus illud Sicut granu
sinapis qd cu seminatu est in tra
minus e omibus seibus q st in tra
Et cu natu fuit ascendet i arbore
et fit maius omibus olerib et facit
ramos magnos ita ut possent
sub umbra eius aves celi habitare

Et talibus multis parabolis loquebatur eis
verbum prout poterant audire sine parabo-
lis autem non loquebatur eis seorsum autem
discipulis suis disserebat omnia Et ait
illis in illa die cum sero esset factum
transeamus contra Et dimittentes turbam
assumunt eum ita ut erat in navi Et
alie naves erant cum illo Et facta est
procella magna venti et fluctus mit-
tebat in navim ita ut impleretur navis
Et erat ipse in puppi super cer-
vical dormiens et excitant eum et dicunt
illi magister non ad te pertinet quia perimus
Et exurgens comminatus est vento et dixit
mari tace et obmutesce Et cessavit
ventus et facta est tranquillitas magna
Et ait illis Quid timidi estis necdum
habetis fidem Et timuerunt timore
magno et dicebant ad alterutrum
Quis putas est iste quia ventus et ma-
re obediunt ei Capitulum quintum

Et venerunt trans fretum maris in
regionem gerasenorum Et ex-
eunti ei de navi statim occurrit
ei de monumentis homo in spiritu immundo qui
domicilium habebat in monumentis
Et neque cathenis eum iam quisquam
poterat ligare Quoniam sepe compedibus
et cathenis vinctus disrupisset cathe-
nas et compedes comminuisset et nemo
poterat eum domare Et semper die ac
nocte in monumentis et in montibus erat cla-
mans et concidens se lapidibus Videns
autem ihesum a longe occurrit et adorabat
eum et clamans voce magna dixit
Quid mihi et tibi ihesu fili dei altissimi
Adiuro te per deum vivum ne me tor-
queas dicebat enim illi Exi spiritus
immunde ab homine Et interrogabat eum
quod tibi nomen est Et dicit ei Legio mihi
nomen est quia multi sumus Et deprecaba-
tur eum multum ne eum expelleret extra re-
gionem Erat autem ibi circa montem
grex porcorum magnus pascens in
agris Et deprecabantur eum spiritus dicentes
Mitte nos in porcos ut in eos introe-
amus Et concessit eis statim ihesus Et ex-
euntes spiritus immundi statim introierunt
in porcos et magno impetu grex pre-
cipitatus est in mare ad duo milia et
suffocati sunt in mari Qui autem pa-
scebant eos fugierunt et nunciaverunt
in civitatem et in agros Et egressi sunt videre
quid esset factum Et venerunt ad ihesum et
viderunt illum qui a demonio vexa-
batur sedentem vestitum et sane mentis
et timuerunt Et narraverunt illis qui
viderant qualiter factum esset ei qui demonium
habuerat et de porcis Et rogare cepe-
runt illum ut discederet de finibus eorum
Cumque ascenderet navem cepit illum
deprecari qui a demonio vexatus
fuerat ut esset cum illo Ihesus autem non ad-
misit eum Sed ait illi Vade in domum
tuam ad tuos et nuncia illis quanta
tibi dominus fecit et misertus sit tui Et
abiit et cepit predicare in decapoli
quanta sibi fecisset ihesus et omnes
mirabantur Et cum ascendisset ihesus in na-
vim rursus trans fretum convenit turba
multa ad eum et erat circa mare Et
venit quidam de archisynagogis
nomine Jayrus et videns eum procidit
ad pedes eius Et deprecabatur eum mul-
tum dicens Quoniam filia mea in extre-
mis est Veni impone manum tuam
super eam ut salva sit et vivat Et
abiit cum illo Et sequebatur eum turba
multa et comprimebant eum Et mulier que
erat in fluxu sanguinis xii annis
et fuerat multa perpessa a pluribus medicis
et erogaverat omnia sua nec quicquam pro-
fecerat sed magis deterius habebat Cum
audisset de ihesu venit in turba retro
et tetigit vestimentum eius dicebat enim
Quia si vel vestimentum eius tetigero
salva ero Et confestim siccatus est
fons sanguinis eius et sensit corpore

q sanata eet a plaga Et statim ihus
i semetipso cognoscens virtute q ex-
ierat ab eo conversus ad turbam ait quis
tetigit vestimenta mea Et dicebant
ad eu discipli sui Vides turbam co-
primente te et dicis quis me tetigit
Et circuspiciebat vide eam q hoc fecerat
Mulier vo timens et tremens sciens
q factum eet i se venit et procidit an eu
et dixit ei omem veritate Ihus aut
dixit ei filia fides tua te salvam
fecit Vade i pace et esto sana a
plaga tua Adhuc eo loquente
veniunt nuncii ad archisynagogu
dicentes q filia tua mortua est
Quid vltra vexas magrm Ihus
aut audito vbo q dicebatur ait
archisynagogo Noli time Tantumo
crede Et no admisit quemq se se-
qui ni petrum et Jacobu et frem Ja-
cobi et veniunt ad domu archi-
synagogi Et vidit tumultu et fle-
tes et eiulantes multu Et i gres-
sus ait eis Quid turbam et plora-
tis Puella no e mortua s3 dor-
mit Et deridebant eu Ipse vo eiec-
tis oibus assumpsit prem et mrem
puelle et qui secu erant Et i gre-
diuntur obi puella erat iacens Et
manu puelle tenens ait illi
Thabita tumi q e i tptatum
puella tibi dico surge Et stati
surrexit puella et ambulabat
Erat aut annorum xii Et obstu-
puerunt stupore magno Et pcepit
eis vehementer ut nemo id sciret
Et iussit illi dari manducare Et
egressus inde abiit i patriam suam
et sequebantur eu discipuli sui 6

Et facto sabbato cepit ihus i
synagoga docere Et multi au-
dientes admirabantur i doctrina
sua dicentes Vnde huic hec oia
et que e sapia que data est illi

Et virtutes tales q pmanu eius efficiuntur
Nonne hic e faber filius marie frater
Jacobi et ioseph et iude et Symonis
Nonne et sorores eius hic nobiscum
sunt Et scandalizabantur i illo Et dice-
bat illis ihus Quia no e propheta
sine honore nisi i patria sua et i domo
sua et i cognacione sua Et no poterat
ibi vllam virtutem facere nisi paucos in-
firmos i positis manibus curavit
Et mirabatur ppter incredulitatem eorum
Et circuibat castella i circuitu docens
Et vocavit xii et cepit eos mitte-
re binos et dabat illis ptate spirituum
i mundorum Et pcepit eis ne quid tol-
lerent in via nisi virga tm no peram
panem neque in zona es s3 calciatos
sandaliis Et ne i duerentur duabus tu-
nicis Et dicebat eis Quocumque in-
troieritis i domum illic manete done-
c exeatis inde Et quicumq no acceperit
nec audierit vos Exeuntes inde ex-
cutite pulverem de pedibus vestris in
testimonium illis Et exeuntes pdica-
bant ut penitentiam agerent Et demonia
multa eiciebat et ungebat oleo mul-
tos egros et sanabantur Et audivit
Rex herodes manifestum enim e factum
nomen eius Et dicebat q iohannes baptista
resurrexit a mortuis et propterea vir-
tutes operantur i illo Alii aut dicebant
q helyas e alii vo dicebant q
propheta e qi vnus ex prophetis Quo audito
herodes ait Quem ego decollavi
Johannem hic a mortuis resurrexit
Ipse vo herodes misit ac tenuit
Johannem et vinxit eu i carcerem ppter
herodiadem vxorem philippi fratris
sui q duxerat eam Dicebat enim Jo-
hannes herodi Non licet te habere vxorem
fris tui Herodias aut i sidiabatur
illi et volebat occidere eu nec poterat
Herodes aut metuebat iohannem
sciens eum virum iustum et sanctum et cus-
todiebat eu Et audito eo multa

faciebat et libenter eum audiebat Et cum
dies oportunus accidisset herodes na
tali suo fecit principibus et tribunis et
primis galilee Cumque introisset filia ipsius
herodiadis et saltasset et placuisset
herodi simulque recumbentibus rex ait puelle
Pete a me quod vis et dabo tibi Et iuravit
illi quia quicquid pecieris dabo tibi licet dimi
dium regni mei Que cum exisset dixit
matri sue Quid petam At illa dixit
Caput iohannis baptiste Et contristatus
rex propter iusiurandum et propter simul discum
bentes noluit eam contristare sed misso
spiculatore precepit afferri caput io
hannis baptiste Et decollavit eum in
carcere et attulit caput eius in disco et
dedit illud puelle Et puella dedit ma
tri sue Quo audito discipuli eius
venerunt et tulerunt corpus eius et posue
runt illud in monumento Et convenientes apostoli
ad ihesum renunciaverunt ei omnia que ege
rant et docuerant Et ait illis Venite
seorsum in desertum locum et requiescite pu
sillum Erant enim qui veniebant et redi
bant multi et nec spacium manducandi ha
bebant Et ascendentes in navim abie
runt in desertum locum seorsum Et viderunt
eos abeuntes et cognoverunt multi et
pedestres de omnibus civitatibus con
currerunt illuc et prevenerunt eos Et ex
iens ihesus vidit turbam multam Et mi
sertus est super eos Et quia erant sicut
oves non habentes pastorem et cepit
illos docere multa Et cum iam hora mul
ta fieret accesserunt discipuli eius
dicentes desertus locus est et hec iam
hora preteriit dimitte illos ut euntes
in proximas villas et vicos emant
sibi cibos quos manducent Et respondens
ait illis date illis vos manducare
Et dixerunt ei Euntes emamus ducentis
denariis panes et dabimus illis mandu
care Et dicit eis Quot panes habetis
ite et videte Et cum cognovisset dicunt

Quinque et duos pisces Et precepit il
lis ut accumbere facerent omnes secundum contuber
nia super viride fenum Et discubue
runt in partes per centenos et quinquage
nos Et acceptis quinque panibus et
duobus piscibus intuens in celum bene
dixit et fregit panes et dedit di
scipulis suis ut apponerent ante eos
Et duos pisces divisit omnibus
Et manducaverunt omnes et saturati sunt
Et sustulerunt reliquias fragmen
torum xii cophinos plenos et de
piscibus Erant autem qui manducaverunt
quinque milia virorum Et statim coegit
discipulos suos ascendere navim ut
precederent eum transfretum ad bethsay
dam dum ipse dimitteret populum Et cum
ipse dimisisset eos abiit in montem
orare Et cum sero esset erat navis
in medio maris et ipse solus in terra et
videns eos laborantes in remi
gando Erat enim ventus contrarius eis
Et circa quartam vigiliam noctis venit
ad eos ambulans supra mare Et vo
lebat preterire eos At illi ut viderunt
eum ambulantem supra mare putave
runt fantasma esse Et exclamaverunt
omnes enim viderunt eum et turbati sunt
Et statim locutus est cum eis Et dixit
illis Confidite ego sum Nolite ti
mere Et ascendit ad illos in navim et
cessavit ventus et plus magis intra se
stupebant Non enim intellexerunt de
panibus Erat enim cor eorum obcecatum
Et cum transfretassent pervenerunt in terram
genezareth et applicuerunt Cumque
egressi essent de navi continuo cog
noverunt eum Et percurrentes univer
sam regionem illam ceperunt in
grabatis eos qui se male habe
bant circumferre ubi audiebant eum esse
Et quocumque introibat in vicos
in villas aut in civitates in plateis
ponebant infirmos Et deprecabantur

vt fimbriam vestimenti eius tangerent
Et quot quot tangebant eum salui fiebant
Et conueniunt ad eum pharisei a
et quidam de scribis venientes
ab iherusalem Et cum vidissent quosdam
ex discipulis eius communibus manibus id est non
lotis manducare panes vituperauerunt
Pharisei autem et omnes iudei nisi crebro
lauent manus non manducant tenen-
tes tradiciones seniorum Et a foro nisi
baptisent non comedunt Et alia
multa sunt que tradita sunt illis seruare bap
tismata calicum et vrceorum et erame
torum et lectorum Et interrogabant eum pha
risei et scribe dicentes Quare discipuli
tui non ambulant iuxta tradicionem
seniorum sed communibus manibus manducant
panem At ille respondens dixit eis
Bene prophetauit ysaias de vobis
ypocritis sicut scriptum est populus hic la
biis me honorat cor autem eorum lo
nge est a me In vanum autem me colunt
docentes doctrinas et precepta hominum
Relinquentes enim mandatum dei tenentes
tradiciones hominum baptismata vrce
orum et calicum Et alia similia facitis
hiis multa Et dicebat illis Bene irri
tum fecistis preceptum dei vt tradicionem
vestram seruetis Moyses enim dixit
Honora patrem tuum et matrem tuam
Et qui maledixerit patri aut matri mor
te moriatur Vos autem dicitis Si dixerit
homo patri vel matri corban quod est donum
quodcunque ex me est tibi profuerit Et vltra
non dimittitis eum quicquam facere patri
suo vel matri Rescindentes verbum dei
per tradicionem vestram quam tradidistis
Et multa similia huiusmodi facitis Et ad
vocans iterum turbam dicebat illis Audi
te me omnes et intelligite Nichil
est extra hominem introiens in eum quod
possit eum coinquinare sed que ex homine
procedunt illa sunt que coinquinant
hominem Si quis habet aures audiendi
audiat. Et cum introisset in domum

a turba interrogabant eum discipuli eius
parabolam Et ait illis Sic et vos in
prudentes estis Non intelligitis quia
omne extrinsecus introiens in hominem
non potest eum coinquinare quia non intrat
in cor eius sed in ventrem et in secessum
exit purgans omnes escas Dicebat
autem quoniam que de homine exeunt illa coin
quinant hominem Ab intus enim de corde
hominum male cogitaciones procedunt
adulteria fornicaciones homicidia fur
ta auaricie nequicie dolus impudi
cicia oculus blasphemie superbia
stulticia Omnia hec mala ab intus procedunt
et coinquinant hominem Et inde surgens abiit
in fines tyri et sydonis Et ingressus
domum neminem voluit scire et non
potuit latere Mulier enim statim vt
audiuit de eo cuius filia habebat spiritum
inmundum introiuit et procidit ad pedes
eius Erat autem mulier gentilis syrophenissa
genere Et rogabat eum vt demonium
eiceret de filia eius Qui dixit illi
Sine prius saturari filios Non est
enim bonum sumere panem filiorum et mittere
canibus At illa respondit dixit illi
Vtique domine Nam et catelli comedunt
sub mensa de micis puerorum Et ait illi
Propter hunc sermonem vade exiuit demo
nium a filia tua Et cum abiisset domum
inuenit puellam sedentem super lectum
et demonium exisse Et iterum exiens
de finibus tyri venit per sydonem
ad mare galilee quod est inter medios
fines decapoleos Et adducunt
ei surdum et mutum Et deprecabantur
eum vt inponat illi manum Et appre
hendens eum de turba seorsum misit
digitos suos in auriculas eius Et
expuens tetigit linguam eius Et
suspiciens in celum ingemuit et ait
Effeta quod est adaperire Et statim aperte
sunt aures eius et solutum est vinculum
lingue eius et loquebatur recte Et precep-

illis ne cui dicerent. Quanto autem eis pre
cipiebat tanto magis plus predicabant
et eo amplius admirabantur dicentes
Bene fecit omnia et surdos fecit audi
re et mutos loqui. Capitulum 8
In diebus illis iterum cum turba multa
esset cum Ihesu nec haberent quod man
ducarent. Et convocatis discipulis ait
illis. Misereor super turba quia ecce iam
triduo sustinent me nec habent quod man
ducent. Et si dimisero eos ieiunos in
domum suam deficient in via. Quidam
nam ex eis de longe venerunt. Et respon
derunt ei discipuli sui. Unde illos poterit
quis hic saturare panibus in solitudine.
Et interrogabat eos quot panes habetis.
Qui dixerunt septem. Et precepit turbe
discumbere super terram. Et accipiens
septem panes et gratias agens fregit
et dabat discipulis suis ut appone
rent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pi
sciculos paucos et ipsos benedixit
Et iussit apponi. Et manducaverunt et
saturati sunt. Et sustulerunt quod super
erat de fragmentis septem sportas. Erant
autem qui manducaverant quasi quatuor
milia hominum et dimisit eos. Et sta
tim ascendit navim cum discipulis suis
Et venit in partes Dalmanutha vel
Magidan. Et exierunt pharisei et ce
perunt conquirere cum eo querentes ab
eo signum de celo temptantes eum.
Et ingemiscens spiritu ait. Quid generatio
ista signum querit. Amen dico vobis
si dabitur generationi isti signum. Et
dimittens eos ascendit iterum navem
et abiit trans fretum. Et obliti sunt panes
sumere. Et nisi unum non habebant secum
in navi. Et precipiebat eis dicens
Videte et cavete a fermento phariseorum
et a fermento Herodis. Et cogitabant
ad alterutrum dicentes quia panes non
habemus. Quo cognito ait illis Ihesus
Quid cogitatis quia panes non habetis

Nondum cognoscitis nec intelligitis ad
huc cecatum habetis cor vestrum. Oculos
habentes non videtis et aures habentes
non auditis. Nec recordamini quando quinque pa
nes fregi in quinque milia hominum. Et
quot cophinos fragmentorum ple
nos sustulistis. Dicunt ei duodecim.
Quando et septem panes in quatuor milia
quot sportas fragmentorum sus
tulistis. Dicunt ei septem. Et dicebat
eis quomodo nondum intelligitis. Et ve
niunt Bethsaidam et adducunt ei ce
cum. Et rogabant eum ut illum tan
geret. Et apprehensa manu ceci eduxit
eum extra vicum. Et expuens in oculos
eius impositis manibus suis interrogavit
eum si quid videret. Et aspiciens
ait video homines velut arbores
ambulantes. Deinde iterum imposuit
manus super oculos eius et cepit vi
dere et restitutus est ita ut clare
videret omnia. Et misit illum in domum
suam dicens vade in domum tuam. Et
si in vicum introieris nemini dixeris.
Et ingressus est Ihesus et discipuli eius
in castella Cesaree Philippi. Et
in via interrogabat discipulos suos
dicens. Quem me dicunt esse homines.
Qui responderunt illi dicentes Alii
Iohannem Baptistam alii Heliam alii
vero Ieremiam aut unum ex prophetis.
Tunc dicit illis. Vos vero quem me esse dicitis.
Respondens Petrus ait illi Tu es Christus
filius Dei vivi. Supplementum quere iaᵗ
caˡᵒ 9 sup. Et comminatus est eis ne
cui dicerent de illo. Et cepit doce
re eos. Quoniam oportet filium hominis pati
multa et reprobari a summis sacerdotibus
et senioribus et scribis et occidi. Et post
tres dies resurgere. Et palam verbum
loquebatur. Et apprehendens eum Petrus
cepit increpare. Qui conversus
videns discipulos suos comminatus est

petro dicens Vade retro me sathana
quoniam non sapis ea que dei sunt sed ea que
hominum Et convocata turba cum disci-
pulis suis dixit eis Si quis vult venire post
me abneget semetipsum et tollat
crucem suam et sequatur me Qui enim
voluerit animam suam salvam facere perdet
eam Qui autem perdiderit animam suam propter
me et evangelium salvam faciet eam Quid enim
proderit homini si lucretur totum mundum
et detrimentum anime sue faciat Aut quam
homo dabit commutacionem pro anima sua
Qui enim me confessus fuerit et verba mea
in generacione ista adultera et peccatrice
Et filius hominis confitebitur eum cum ve-
nerit in gloria dei patris sui cum angelis
sanctis Et dicebat illis Amen dico
vobis quia sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec
videant regnum dei veniens in virtute
Et post dies sex assumpsit
ihesus petrum et iacobum et
iohannem Et duxit illos in montem
excelsum seorsum solos et transfiguratus
est coram ipsis Et vestimenta eius facta
sunt splendida et candida nimis
velud nix Et qualia fullo non potest
super terram candida facere Et apparuit
illis helyas cum moyse et erant
loquentes cum ihesu Et videns petrus
ait ihesu Rabi bonum est nos hic
esse faciamus hic tria tabernacula tibi
unum moysi unum et helie unum Non
enim sciebat quid diceret Erant enim
timore exterriti Et facta est nubes ob-
umbrans eos Et venit vox de
nube dicens Hic est filius meus karis-
simus audite eum Et statim circumspi-
cientes neminem amplius videbant
nisi ihesum tantum secum Et descendentibus
illis de monte precepit eis ne cui
que vidisset narraret nisi cum
filius hominis a mortuis resurrexerit
Et verbum continuerunt apud se con-
quirentes quid esset cum a mortuis
resurrexerit Et interrogabant eum dicentes
Quid ergo dicunt pharisei et scribe quia
helyam oportet venire primum Qui re-
spondens ait illis Helyas cum venerit
primo restituet omnia et quomodo scriptum
est in filium hominis ut multa paciatur
et contempnatur Sed dico vobis quia
et helyas venit et fecerunt illi quecumque
voluerunt sicut scriptum est de eo Et ve-
niens ad discipulos suos vidit tur-
bam magnam circa eos Et scribas con-
quirentes cum illis Et confestim omnis populus
videns ihesum stupefactus est et expa-
verunt et accurrentes salutabant eum
Et interrogavit eos quid inter vos
conquiritis Et respondens unus de turba
dixit Magister attuli filium meum
ad te habentem spiritum mutum Qui
ubicumque eum apprehenderit allidit eum
et spumat et stridet dentibus et arescit
Et dixi discipulis tuis ut eicerent
eum et non potuerunt Qui respondens et
dixit eis O generacio incredu-
la quamdiu apud vos ero quamdiu
vos paciar afferte illum ad me Et
attulerunt eum Et cum vidisset illum
statim spiritus conturbavit eum Et elisus
in terram volutabatur spumans Et inter-
rogavit patrem eius Quantum temporis est
ex quo ei hoc accidit At ille ait
Ab infancia et frequenter eum in ignem
et in aquam misit ut eum perderet Sed
si quid potes adiuva nos mi-
sertus nostri Ihesus autem ait illi Si potes
credere omnia possibilia sunt credenti
Et continuo exclamans pater pueri
cum lacrimis aiebat Credo domine
adiuva incredulitatem meam Et cum
vidisset ihesus concurrentem turbam comminatus
est spiritui immundo dicens illi Surde
et mute spiritus immunde Ego precipio
tibi exi ab eo et amplius ne introeas
in eum Et exclamans et multum discerpens
eum exiit ab eo et factus est sicut
mortuus Ihesus autem tenens manum

eius Elevavit eum et surrexit Et cum
introisset in domum discipuli eius secreto in
terrogabant eum quare nos non potuimus
eicere eum Et dixit illis Hoc genus in
nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio
Et inde profecti pretergrediebantur Ga
lilea nec volebat quemquam scire Doce
bat autem discipulos suos et dicebat
illis Quoniam filius hominis tradetur in manus
hominum et occident eum Et occisus tertia
die resurget At illi ignorabant
verbum et timebant interrogare eum Et ve
nerunt Capharnaum Qui cum domi
esset interrogabat eos Quid in via
tractabatis At illi tacebant Siquidem
inter se in via disputaverant quis eorum
maior esset Et residens vocavit xii
Et ait illis Si quis vult primus esse
erit omnium novissimus et minister Et acci
piens puerum statuit eum in medio eorum
Quem cum complexus esset ait illis Quis
quis unum ex huiusmodi pueris receperit
in nomine meo me recipit Et quicum
que me susceperit non me sus
cipit sed eum qui me misit Re
spondit illi Iohannes dicens Magister vi
dimus quendam in nomine tuo eicientem
demonia qui non sequitur nobiscum
et prohibuimus eum Ihesus autem ait illis
Nolite prohibere eum Nemo est enim qui
faciat virtutem in nomine meo et possit
cito male loqui de me Qui enim
non est adversum vos pro vobis est Quis
quis enim potum dederit vobis calicem
aque frigide in nomine meo quia Christi estis
Amen dico vobis non perdet mercedem
suam Et quisquis unum de pusillis
his credentibus in me scandalizaverit
Bonum est ei magis si circumdaretur mola
asinaria collo eius et in mare mitteretur
Et si scandalizaverit te manus tua
abscide illam Bonum est te debilem
introire in vitam eternam quam duas
manus habentem ire in gehennam

in ignem inextinguibilem ubi vermis eorum
non moritur et ignis non extinguitur
Et si pes tuus scandalizat te am
puta illum Bonum est te claudum intro
ire in vitam eternam quam duos pedes
habentem mitti in gehennam ignis inex
tinguibilis ubi vermis eorum non
moritur et ignis eorum non extin
guitur Quod si oculus tuus scandalizat te e
ice eum Bonum est te luscum in regnum
dei introire quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis ubi vermis
eorum non moritur et ignis non extinguitur
Omnis enim igne salietur et omnis sa
lie victima sale Bonum sal quod si sal in
salsum fuerit in quo illud condietis Habete
in vobis sal et pacem habete inter vos
Et inde exurgens venit in
fines Iudee ultra Iordanem
Et conveniunt iterum turbe ad eum et
sicut consueverat iterum docebat eos
Et accedentes pharisei interrogabant
eum Si licet viro uxorem dimittere
temptantes eum At ille respondens ait
Quid vobis precepit Moyses Qui
dixerunt Moyses permisit nobis
libellum repudii scribere et dimittere
Quibus respondens Ihesus ait illis Ad
duritiam cordis vestri scripsit vobis
preceptum istud Ab initio autem creature
masculum et feminam fecit eos deus
Et dixit Propter hoc relinquet homo
patrem et matrem et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una itaque iam
non sunt duo sed una caro Quod ergo
deus coniunxit homo non separet Et
in domo iterum discipuli eius de eodem
interrogaverunt eum et ait illis Quicumque
dimiserit uxorem suam et aliam duxerit
adulterium committit super eam
Et si uxor dimiserit virum suum et
alio nupserit mechatur Et offerebant
illi parvulos ut tangeret eos Dis
cipuli autem comminabantur offerentibus

quos cu vidiss; ihus i dig tulit
z ait ill Sinite puulos venire
ad me z ne phibuit eos talium
n e regnu celoz Amen dico vo
bis Quis z coplexus eos z iponens
manus sup illos benedicebat eos
Et cu i gressus eet i via pcurrens
quida genu flexo rogabat eu
dicens Magr bone q faciam ut vi
ta etna pcipia Ihus at dix ei
Quid me dicis bonu nemo bonus
n solus deus Pcepta nosti Ne ad
ulteres no occides no furtu no
falsu testimoniu dicas no fraude fe
ceris Honora prem tuu z mrem
At ille rndes ait illi Magr h oia
osuaui a iuuentute mea Ihus
aut ituitus e eu z dilexit eu Et
dix ei Unu t deest Uade quecuq;
hes z vende z da pauperib; z hebis
thesauru i celo z veni seque me Qui
contristatus i vbo abijt merens Erat
eni hns multas possessiones Et cir
cuspiciens ihus ait discipulis suis
Qm difficile qui pecunias hnt
i regnu dei i troibunt Discipuli aut
obstupebat i vbis ei At ihs
rursu rndes ait ill Filioli qua
difficile e cofidentes i pecuniis in
regnu dei i troire Facilius est
camelu p foramen acus transire q
diuite i troire i regnu dei Qui
magis admirabat dicentes ad se
ipos Et quis pt saluus fieri Et i tuens
illos ihs ait ill Apud homines
i possibile e s; no apud deu oia
n possibilia sunt apud deu Et cepit
ei petrus dice Ecce nos dimisim
oia z secuti sumus te Rndens ihs ait
Amen dico vob Nemo e qui re
liquerit domu aut fres aut sorores
aut prem aut mrem aut filios aut
agros pp me z pp evangm qui no
accipiat centies tm Nunc i tempe

re hoc domos fres z sorores z mres z filios
z agros cu psecucoib; z i seclo futuro
vita etna Multi aut erunt primi
nouissimi Et nouissimi primi Erant
aut i via ascendentes i ierlma z pcede
bat illos ihs z stupebat z seque
tes timebat Et assumens iteru duo
decim cepit illis ill dice q eent ei
ventura Qa ecce ascedimus i ierlma
z filius hois trade principib; sacerdotu
z scribis z senioib; Et condepnabut
eu morte z tradet eu getib; et il
ludet ei z cospuet eu z flagella
bunt eu z i terficiet eu z tercia die re
surget Et accedet ad eu iacobus z
iohes filij zebedei dicentes Magr
volumus ut quecuq; pecierim faciat
nob Et ille dixit eis Quid vultis
ut faciam vob Et dixerunt Da nob
ut vnus ad dexteram tua z alius ad
sinistram tua sedeamus i gla tua
Ihus aut dixit eis Nescitis quid
petatis Potestis bibe calice que
ego bibiturus sum aut baptismo q
ego baptisor baptisari At illi
dixerunt ei Possumus Ihus aut
ait eis Calice quide q ego bibo
bibetis Et baptismo quo e bap
tisor baptisabimini Sede aut ad
dexteram meam vel ad sinistram
no e meu dare vob s; quibus
paratu e Et audientes dece i dig
nari ceperunt de iacobo z iohe Ihs aut vo
cans eos ait ill Scitis q hij qui
videntur principari getib; dnantur eis
Et principes ptatem hnt ipoz No
ita e aut i vob S; quicuq; vo
luerit fieri maior erit mister vr Et qui
cuq; voluerit i vob primus ee erit om
nium seruus Na z filius hois no venit ut
ministraretur ei S; ut ministraret z daret
aiam sua i redemptionem pro multis
Et veniunt yericho z pficiscete
eo de yericho z discipulis ei z plurima

tba multitudine filius thymei bartymeus
cecus sedebat iuxta viam mendicans
Qui cum audisset quia ihesus venit naza
renus est cepit clamare et dicere Ihesu fi
li dauid miserere mei Et comminabantur
ei multi ut taceret At ille multo magis
clamabat fili dauid miserere mei
Et stans ihesus iussit eum vocari Et vo
cabant cecum dicentes ei Animequior
esto Surge vocat te Qui proiecto
vestimento suo exsiliens venit ad
eum Et respondens ihesus dixit ei Quid vis
tibi faciam Cecus autem dixit ei ut videam
Ihesus autem ait illi Vade fides tua te
saluum fecit Et confestim vidit et seque
batur eum in via Capitulum xi
Et cum appropinquaret iherusalem et
bethanie ad montem oliueti
mittit duos ex discipulis suis et ait illis
Ite in castellum quod contra vos est Et statim
introeuntes invenietis pullum ligatum
super quem nemo adhuc hominum sedit Sol
uite illum et adducite Et si quis vobis
aliquid dixerit Quid facitis Dicite quia
domino necessarius est Et continuo illum dimit
tet huc Et abeuntes invenerunt pul
lum alligatum ante ianuam foris in biuio
et soluunt eum Et quidam de illic sta
tibus dicebant illis Quid facitis sol
uentes pullum Qui dixerunt eis sicut
preceperat eis ihesus et dimiserunt eis
Et duxerunt pullum ad ihesum Et im po
suerunt illi vestimenta sua et sedit
super eum Multi autem strauerunt vestimenta
sua in via Alii autem cedebant frondes
de arboribus et sternebant in via Et qui
preibant et qui sequebantur clamabant
dicentes Osanna benedictus qui venit
in nomine domini Benedictum quod venit regnum
patris nostri dauid osanna in excelsis
Et introiuit ierosolimam in templum et cir
cumspectis omnibus cum iam vespera esset hora
exiuit in bethaniam cum xii Et alia die
cum exirent a bethania esuriit Et cum
vidisset ficum a longe habentem folia
venit si quid forte inveniret in ea Et cum
venisset ad eam nichil invenit preter
folia Non enim erat tempus ficorum Et
respondens dixit Iam non amplius in
eternum ex te quisquam fructum manducet
Et audiebant discipuli eius Et veniunt
ierusalem Et cum introisset in templum
cepit eicere vendentes et ementes de
templo et mensas nummulariorum
et cathedras vendentium columbas
euertit Et non sinebat ut quisquam
transferret vas per templum Et docebat
eos dicens eis Nonne scriptum est
Quia domus mea domus orationis vocabitur
cunctis gentibus Vos autem fecistis eam
speluncam latronum Quo audito
principes sacerdotum et scribe querebant
quomodo eum perderent Timebant enim eum
quia vniuersa turba admirabatur
super doctrina eius Et cum vespera esset
facta egrediebatur de ciuitate Et cum
mane transirent viderunt ficum aridam
factam a radicibus Et recordatus
petrus dixit ei Rabi ecce ficus
cui maledixisti aruit Et respondens
ihesus ait illis Habetis fidem dei A
men dico vobis quia quicumque dixerit
huic monti tollere et mittere in mare
et non hesitauerit in corde suo sed cre
diderit quodcumque dixerit fiet ei Propterea
dico vobis Omnia quecumque orantes pe
titis credite quia accipietis et venient
vobis Et cum stabitis ad orandum dimit
tite si quid habetis aduersus aliquem ut pa
ter vester qui in celis est dimittet vobis
peccata vestra Et veniunt rursus in ierosol
imam Et cum ambularet in templo
accedunt ad eum summi sacerdotes et
scribe et seniores et dicunt illi In qua
potestate hec facis et quis dedit tibi hanc
potestatem ut ista facias Ihesus autem
respondens ait illis Interrogabo vos et
ego vnum verbum et respondete michi et di
cam vobis in qua potestate hec faciam

baptismus iohannis de celo erat an ex
hominibus respondete mihi. Et illi cogita
bant secum dicentes Si dixerimus de ce
lo dicet quare non credidistis ei. Si dixerimus
ex hominibus timemus populum omnes enim ha
bebant iohannem quia vere propheta esset. Et
respondentes dicunt ihesu nescimus. Et re
spondens ihesus ait illis neque ego dico
vobis in qua potestate hec faciam. R
Et cepit illis in parabolis loqui
Vineam pastinavit homo et circumdedit
sepem et fodit lacum et edificavit turrim
et locavit eam agricolis. Et peregre profectus
est et misit ad agricolas in tempore servum
vinee ut ab agricolis fructum acciperet
ab agricolis. Qui apprehensum eum ceci
derunt et dimiserunt eum vacuum. Et ite
rum misit ad illos alium servum. Et illum
in capite vulneraverunt et contumeliis affe
cerunt. Et rursum alium misit et illum
occiderunt et plures alios quosdam
cedentes alios vero occidentes. Ad
huc ergo unum habens filium karissimum et illum
misit ad illos novissimum dicens quia
forte verebuntur filium meum. Colo
ni autem dixerunt ad invicem hic est heres
venite occidamus eum et nostra erit here
ditas. Et apprehendentes eum extra vine
am eiecerunt et occiderunt. Quid ergo dominus
faciet vinee veniet et perdet colo
nos et dabit vineam aliis. Nec scriptu
ram hanc legistis lapidem quem repro
baverunt edificantes hic factus est in capud
anguli. A domino factum est istud et est
mirabile in oculis nostris. Et querebant eum
tenere et timuerunt turbam cognoverunt enim
enim quia ad eos parabolam hanc dixe
rit et relicto eo abierunt. Et
mittunt ad eum quosdam ex phariseis
et herodianis ut eum caperent in
verbo. Qui venientes dicunt ei Magi
ster scimus quia verax es et non curas
quemquam. Nec enim vides in faciem
hominis sed in veritate viam dei doces

licet dari tributum cesari an non dabimus
Qui sciens versutiam eorum ait illis Quid
me temptatis afferte mihi denarium ut
videam. At illi obtulerunt ei. Et ait
illis Cuius est ymago hec et superscriptio
dicunt ei Cesaris. Respondens autem ihesus
ait illis Quid me temptatis. Reddite
ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei
deo. Et mirabantur omnes super eo. Et ve
niunt ad eum saducei qui dicunt resurrectionem
non esse. Et interrogabant eum dicentes
Magister moyses scripsit nobis ut si cuius
frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem
et filios non habuerit accipiat frater eius
uxorem ipsius et resuscitet semen fratri suo
Septem ergo fratres erant. Et primus accepit
uxorem et mortuus est non relicto semine
Et secundus eam accepit et mortuus est
et nec ille reliquit semen. Et tercius similiter
septem. Et non reliquerunt semen. Novis
sima omnium mortua est et mulier. In resurrec
tione ergo cum resurrexerint cuius de hiis erit
uxor. Septem enim habuerunt eam uxorem
Et respondens ihesus ait illis. Nonne ideo
erratis nescientes scripturas neque virtutem
dei. Cum enim a mortuis resurrexerint
neque nubent neque nubentur sed erunt
sicut angeli dei in celis. De mortuis autem
quod resurgant non legistis in libro
moysi super rubum quomodo illi deus inquiens
dixit. Ego sum deus abraham et deus
ysaac et deus iacob. Non est deus mortu
orum sed vivencium. Vos ergo multum erra
tis. Et accessit unus de scribis qui au
dierat illos conquirentes. Et videns
quoniam illis bene responderit interrogavit
eum quod esset primum mandatum. Respondit
autem ei ihesus quia primum omnium mandatum est
Audi israel dominus deus tuus deus unus est
Et diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua et ex tota
mente tua et ex tota virtute tua. Hoc est
primum mandatum. Secundum autem simile est huic
Diliges proximum tuum tamquam teipsum
Maius horum aliud mandatum non est
Et ait illi scriba Bene magister in veritate

Dixisti quia unus est deus et non est alius preter eum
Et ut diligatur ex toto corde et ex toto
animo et ex tota mente et ex toto intel
lectu et ex tota fortitudine Et diligere p
roximum tamquam seipsum maius est omnibus
holocaustomatibus et sacrificiis Ihesus
autem videns quod sapienter respondisset dixit
illi Non longe es a regno dei Et
nemo audebat iam interrogare eum
Et respondens ihesus dicebat docens in
templo Quomodo dicunt scribe christum filium
esse david Ipse david dicebat
in spiritu sancto Dixit dominus domino meo sede
a dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum Ipse ergo
david dicit eum dominum et unde est filius eius
Et multa turba libenter eum audiebat
Et dicebat eis in doctrina sua Cavete
a scribis qui volunt in stolis ambu
lare et salutari in foro et in primis ka
thedris sedere in synagogis et primos
recubitus in cenis Qui devorant do
mos viduarum sub obtentu prolixe
orationis hii accipient prolixius iudicium
Et sedens ihesus contra gazophilacium
aspiciebat quomodo turba iactaret es
in gazophilacium Et multi divites
iactabant multa Cum venisset autem una
vidua pauper misit duo minuta quod
est quadrans Et convocans discipulos
suos ait illis Amen dico vobis quoniam
vidua hec pauper plus omnibus misit qui
miserunt in gazophilacium Omnes enim
ex eo quod habundabat illis miserunt
hec vero de penuria sua omnia que
habuit misit set totum victum suum 13
Et cum egrederetur de templo ait illi
unus ex discipulis suis Magister aspi
ce quales lapides et quales structure
Respondens ihesus ait illi Vides has om
nes magnas edificationes Non relinquetur
lapis super lapidem qui non destruatur
Et cum sederet in monte oliveti contra templum
interrogabant eum separatim petrus et
iacobus et iohannes et andreas Dic no
bis quando hec fient Et quod signum erit
quando hec omnia incipient consummari Et respondens
ihesus cepit illis dicere Videte ne quis
vos seducat Multi enim venient
in nomine meo dicentes quia ego sum
et seducent multos Cum autem audieritis
bella et opiniones bellorum ne ti
mueritis oportet enim hec fieri set nondum statim
finis Exsurget enim gens contra gentem
et regnum super regnum et erunt terre
motus per loca et fames Initium dolo
rum hec Videte autem vosmetipsos
tradent vos in conciliis et in synago
gis vapulabitis et ante reges et pre
sides stabitis propter me in testimonium illis
Et in omnes gentes primum oportet predicari
evangelium Et cum duxerint vos traden
tes nolite precogitare quid loquamini
Sed quod datum fuerit vobis in illa hora
id loquimini Non enim estis vos loquen
tes sed spiritus sanctus Tradet enim frater
fratrem in mortem et pater filium Et consur
gent filii in parentes et morte eos af
ficient Et eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum Qui autem sustinuerit
in finem hic salvus erit Cum autem vide
ritis abhominationem desolationis sta
re ubi non debet qui legit intelligat
Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes
Et qui super tectum non descendat in
domum nec introeat ut tollat quid
de domo sua Et qui in agro erit
non revertatur retro tollere vestimentum suum
Ve autem pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus Orate vero ut non in
hyeme hec fiant Erunt autem dies
illi tribulationis tales quales non fuerunt
ab initio creature quam condidit nunc
deus usque hoc neque fiet Et nisi
abreviasset dominus dies non fuisset
salva omnis caro Sed propter electos
quos elegit dominus breviabit dies
Et tunc si quis vobis dixerit Ecce
hic est christus ecce illic ne credideritis
Exsurgent enim pseudochristi et pseudo
prophete Et dabunt signa et prodigia
et portenta ad seducendos si fieri

pt ⁊ electos Vos g° videte ecce p̄dixi
vob omnia. Sz i illis dieb⁹ p⁹ tribu
lacōm illam sol ꝗ tenebrabit᷑ Et
luna nō dabit splendore suū et
stelle celi erūt decidentes Et vītu
tes que sūt i cel mouebunt᷑ Et tūc
videbūt filiū hōis venientē in
nubib⁹ celi cū vtute mag̃ ⁊ gla
Et tūc mittet anglos suos ⁊ co
gregabit electos suos a quatuor
ventis a sūmo tre vsq; ad sūmū
celi A ficu aūt discite pabolam
Cū iam ram⁹ ei⁹ tenl sūt et nata
fuīt folia cognoscitis q: i ppīq
sit estas Sic et vos cū videritis
hec fi sciatote q: i ppīq sit i hos
tis Amē dico vob qm̄ n ptibit
gnacō ista donᵉ oīa fiat Celū ⁊
tra trāsibūt Vba aūt mea n tra
sibūt De die aūt illa uel hora
nēo scit neq; angli i celo neq;
fili⁹ nisi p̄r Videte vigilate ⁊
orate nescitis n· qn̄ tp̄s sit Sic̄
ut hō qui pegre pfect⁹ relinq̄t
domū suā ⁊ dedit suis s'uis
ptatē cui⁹q; opis ⁊ ianitori p
cepit ut vigilet Vigilate ergo
nescitis n· qn̄ dns dom⁹ venturus
sit sero an media nocte an galli
cantu an mane ne cū venit re
pente i veniat vos dormientes
Qz aūt vob dico oīb⁹ vigilate
Erat aūt pascha ⁊ ozate
⁊ azyma p⁹ biduū ⁊ q
rebāt summi sacerdotes ⁊ scribe quō
eū dolo tenerent ⁊ occiderent Dice
bāt aūt Non i die festo ne for
te tumult⁹ fieret i pplo Et cū esse
set bethanie i domo symonis
lepsi ⁊ recūberet venit mlr hns
alabastr̄ vnguenti nardi spicati
pciosi Et fracto alabast̄ effudit
sup caput ei⁹ Erāt aūt quidā i
digne ferentes i tra semetipos ⁊
dicentes Vt q̄d pdicō ista vn

guenti facte potuit n· vnguentū istud
vendidi plus q̄ trecētis denariis
⁊ dari paupib⁹ Et fremebant de
tib⁹ i ea Ihūs aūt dixit Sinite
ea Quid illi molesti estis bonū
opus opata ē i me Sp̄ ei pau
pes habetis vobiscū ⁊ cū volueritis
ptis illis bn̄ facere Me aūt sp̄ no
habebitis Qz habuit hec fecit puenit
vngere corp⁹ meū i sepultura Amē
Amē dico vob vbicūq; pdicatū
fuit ewan⁹ istud i vniūso mūdo
dicet᷑ ⁊ q̄d hec fecit narrabit᷑ i me
moria ei⁹ Et iudas scarioth vn⁹
ex xij abijt ad summos sacerdotes ut
pderet eū illis Qui audientes gauisi
sūt et pmiserūt ei pecuniā se da
tur⁹ ⁊ qrebat quō eū oportune
traderet Et p̄ma die azimorū qn̄do
pascha ymolabāt dicunt ei dis
cipuli Quo vis eam⁹ ⁊ parem⁹
tibi ut manduces pascha Et
mittit duos ex discipl̄ suis ⁊ dicit
illis Ite i ciuitatē ⁊ occurret vob
hō lagena aq̄ baiulans sequimini eū
Et quocūq; i troierit dicite dño
dom⁹ q: mgr dicit Vbi ē refectio
mea vbi pascha ut cū discipl̄
meis manducē Et ipse demōstra
bit vob cenaclm grande stra
tū Illic parate nobis Et abie
runt discipli ei⁹ ⁊ venerūt i ciuitatē
⁊ venerūt sicud dixerat illis ⁊ parave
runt pascha Vespe aūt facto venit
cū xij ⁊ discūbentib⁹ eis ⁊ madu
cātib⁹ ait Ihūs Amē dico vob
qa vn⁹ ex vobis me tradet q
manducat mecū At illi ceperūt
cōtristari ⁊ dicē ei sigillatī Nūq̄d
ego Qui aūt ille ait Vn⁹ ex duodecim
qui i tingit mecū i catinū Et
fili⁹ quidē hōis vadit sic̄ scptū
ē de illo Ve aūt hōi illi p quē
fili⁹ hōis tradet᷑ Bonū erat illi

si natus non fuisset homo ille. Et man
ducantibus illis accepit ihesus panem
benedicens fregit et dedit discipulis et ait
Sumite hoc est corpus meum. Et accep
to calice gratias agens dedit eis
Et biberunt ex eo omnes. Et ait illis
Hic est sanguis meus novi testamenti
qui pro multis effundetur. Amen dico vobis
quia iam non bibam de hoc genimine vitis
usque in diem illum cum illud bibam novum in
regno dei. Et ymno dicto exierunt
in montem oliveti. Et ait illis ihesus
Omnes vos scandalisabimini in me
in ista nocte sicut in morte ista quia
scriptum est percuciam pastorem et dispergentur
oves gregis. Sed postquam resur
rexero precedam vos in galileam.
Petrus autem ait illi Et si omnes scan
dalisati fuerint sed non ego. Et ait
illi ihesus Amen dico tibi quia tu hodie
in hac nocte priusquam gallus bis vocem
dabit ter me es negaturus. At
ille amplius loquebatur Et si oportuerit
me simul commori tecum non te nega
bo. Similiter autem et omnes dicebant. Et ve
niunt in predium cui nomen gethsemani
et ait discipulis suis. Sedete hic donec
orem. Et assumpsit petrum et iacobum
et iohannem secum et cepit pavere et tedere
et ait illis Tristis est anima mea usque
ad mortem. Sustinete hic et vigi
late mecum. Et cum processisset pau
lulum procidit super terram et orabat
ut si fieri posset transiret ab eo hora
Et dixit abba pater omnia possibilia
sunt tibi transfer hunc calicem a me
Sed non quod ego volo sed quod tu. Et
venit et invenit eos dormientes
Et ait petro symon dormis. Non
potuisti una hora vigilare me
cum. Vigilate et orate ut non in
tretis in temptationem. Spiritus quidem
promptus est caro autem infirma. Et
iterum abiens eundem sermonem

oravit dicens. Et reversus denuo invenit
eos dormientes. Erant enim oculi eorum
gravati et ignorabant quid responderent
ei. Et venit tercio et ait illis Dormite
iam et requiescite. Sufficit venit
hora. Ecce filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite eamus. Ecce
qui me tradet prope est. Et adhuc
eo loquente venit iudas scarioth
unus ex xii. Et cum eo turba multa cum
gladiis et lignis missi a summis
sacerdotibus et scribis et senioribus.
Dederat autem traditor eius
signum dicens Quemcumque osculatus fuero
ipse est tenete eum et ducite caute.
Et cum venisset statim accedens ait
Rabi et osculatus est eum. At illi manus
iniecerunt in eum et tenuerunt eum.
Unus autem de circumstantibus educens
gladium percussit servum summi sacerdotis
et amputavit illi auriculam. Et
respondens ihesus ait illis Tamquam ad la
tronem existis cum gladiis et lignis
comprehendere me. Cottidie eram
apud vos docens in templo et non
me tenuistis sed ut adimpleantur
scripture prophetarum. Tunc discipuli eius
relinquentes eum omnes fugerunt.
Adolescens autem quidam sequebatur eum
amictus syndone super nudo et te
nuerunt eum. At ille reiecta syn
done nudus profugit ab eis. Et
adduxerunt ihesum ad summum sacerdotem
Et convenerunt in domum omnes sacerdotes
et scribe et seniores. Petrus autem
a longe secutus est eum usque intro
in atrium summi sacerdotis. Et sedebat
cum ministris et calefaciebat se ad ignem.
Summi vero sacerdotes et omne concilium
querebant adversus ihesum testimonium ut
eum morti traderent nec inveniebant.
Multi enim falsum testimonium dicebant
adversus eum et convenientia testimonia
non erant. Et quidam surgentes falsum
testimonium ferebant adversus eum

dicentes Quoniam nos audivimus eum dicentem
Ego dissolvam templum hoc manufactum
et post triduum aliud non manufactum edificabo
Et non erat conveniens testimonium illorum
Et exurgens summus sacerdos in medium
interrogavit ihesum dicens Non respondes
quicquam ad ea que tibi obiciuntur ab
hiis Ihesus autem tacebat et nichil respondit
Rursum summus sacerdos interrogabat
eum et dixit ei Tu es christus filius dei
benedicti Ihesus autem dixit ei Ego
sum Et videbitis filium hominis sedentem
a dextris virtutis dei et venientem
in nubibus celi Summus autem sacerdos
scindens vestimenta sua ait
Quid adhuc desideramus testes
Audistis blasphemiam Quid vobis
videtur Qui omnes condempnaverunt eum
reum esse mortis Et ceperunt quidam
conspuere in eum et velare faciem eius
Et colaphis eum cedere et dicere ei Prophetiza
Et ministri alapis eum
cedebant Et cum esset petrus in atrio
deorsum venit una ex ancillis summi
sacerdotis Et cum vidisset petrum calefacientem
se aspiciens eum ait Et tu
cum ihesu nazareno eras At ille
negavit dicens Neque scio neque novi
quid dicas Et exiit foras ante atrium
Et statim gallus cantavit Rursus
autem cum vidisset eum ancilla alia cepit
dicere circumstantibus quia hic ex
illis est At ille negavit iterum Et
post pusillum rursus qui astabant
dicebant petro Vere ex illis es nam
et galileus es Ille autem cepit anathematizare
et iurare quia nescio hominem
istum quem dicitis Et statim iterum
gallus cantavit Et recordatus est
petrus verbi quod dixerat ei ihesus Priusquam
gallus cantet bis ter me negabis
Et cepit flere Et confestim
mane consilium facientes summi
sacerdotes cum senioribus et scribis

admisso concilio vincientes ihesum duxerunt
et tradiderunt pylato Capitulum 15
Et interrogavit eum pylatus Tu
es rex iudeorum At ille respondens
ait illi Tu dicis Et accusabant eum
summi sacerdotes in multis Pylatus autem
rursum interrogabat eum dicens Non
respondes quicquam Vide in quantis te
accusant Ihesus autem amplius nichil
respondit Ita ut miraretur pylatus Per
diem autem festum solebat dimittere illis
unum ex vinctis quemcumque petissent
Erat autem qui dicebatur barrabas
qui cum sediciosis vinctus erat et
qui in sedicione homicidium fecerat
Et cum ascendisset turba cepit rogare
sicut semper faciebat illis Pylatus autem
respondit eis et dixit Vultis dimittam
vobis regem iudeorum Sciebat enim
quod per invidiam tradidissent eum summi
sacerdotes Pontifices autem concitaverunt
turbam ut magis barrabam
dimitteret eis Pylatus autem iterum
respondens ait illis Quid ergo vultis
faciam regi iudeorum At illi iterum
clamaverunt Crucifige eum Pylatus
autem dicebat eis Quid enim mali
fecit At illi magis clamabant
Crucifige eum Pylatus autem volens
populo satisfacere dimisit illis
barrabam Et tradidit illis ihesum
flagellis cesum ut crucifigeretur
Milites autem duxerunt eum in atrium
pretorii et convocant totam
cohortem et induunt eum purpura
et imponunt ei plectentes coronam
spineam et ceperunt salutare eum
dicentes Ave rex iudeorum Et percuciebant
caput eius arundine et conspuebant
eum et ponentes genua
adorabant eum Et postquam illuserunt
ei exuerunt eum ~~et ponentes~~
~~genua~~ purpura et induerunt eum vestimentis
suis Et educunt eum ut cruci-

figerent illum. Et angariaverunt quempiam
pretereuntem symonem cyreneum veni
entem de villa patrem alexandri
et ruffi ut tolleret crucem eius. Et per
ducunt eum in golgatha locum quod est inter
pretatum calvarie locus. Et dabant ei
bibere mirratum vinum et non accepit
Et crucifigentes eum diviserunt
sibi vestimenta sua mittentes
sortem super eis quis quid tolleret
Erat autem hora tercia et crucifixerunt
eum. Et erat tytulus cause eius inscrip
tus Rex iudeorum. Et cum eo cruci
fixerunt duos latrones unum a dex
tris et alium a sinistris eius. Et adim
pleta est scriptura que dicit. Et cum in
iquis deputatus est. Et pretereuntes
blasphemabant eum moventes ca
pita sua et dicentes. Vah qui de
struit templum dei et in tribus diebus
reedificat illud. Salvum fac te
metipsum descendens de cruce. Simili
ter summi sacerdotes illudentes ad
alterutrum cum scribis dicebant. Alios
salvos fecit seipsum non potest salvum
facere. Christus rex israel descendat
nunc de cruce ut videamus et credamus
Et qui cum eo erant crucifixi convi
ciabantur ei. Et facta hora vi tene
bre facte sunt super totam terram usque in
horam nonam. Et hora nona cla
mavit ihesus voce magna dicens
Hely hely lamazabathani quod est
interpretatum deus meus deus meus ut
quid dereliquisti me. Et quidam
de circumstantibus audientes dicebant
Ecce helyam vocat iste. Currens
autem unus et implens spongiam aceto
circumponensque calamo potum da
bat ei dicens. Sinite videamus
si veniat helyas ad deponendum
eum. Ihesus autem emissa voce magna
expiravit. Et velum templi scis
sum est in duo a sursum usque deorsum

Videns autem centurio qui ex adverso
stabat quia sic clamans expirasset
ait. Vere hic homo filius dei erat.
Erant autem et mulieres de longe aspi
cientes. Inter quas erat maria
magdalena et maria iacobi mino
ris et Ioseph mater et salome. Et
cum esset in galilea sequebantur eum et
ministrabant ei et alie multe que simul
ascenderant cum eo ierosolimam.
Et cum iam sero esset factum quia erat
parasceve quod est ante sabbatum venit
Ioseph ab arimathia nobilis
decurio. qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter introivit ad
pylatum. Et petiit corpus ihesu.
Pylatus autem mirabatur si iam obis
set. Et accersito centurione interrogavit
eum si iam mortuus esset. Et cum cogno
visset a centurione donavit corpus
ihesu. Ioseph autem mercatus syndonem
et deponens eum involvit syndone
et posuit eum in monumento quod erat exci
sum in petra. Et advolvit lapidem
ad hostium monumenti. Maria autem mag
dalene et maria ioseph aspicie
bant ubi poneretur. capitulum ultimum

Et cum transisset sabbatum ma
ria magdalene et maria ia
cobi et salome emerunt aroma
ta ut venientes ungerent ihesum. Et
valde mane una sabbatorum veniunt
ad monumentum orto iam sole. Et dice
bant ad invicem. Quis revolvet no
bis lapidem ab hostio monumenti
Et respicientes viderunt revolu
tum lapidem. Erat quippe magnus
valde. Et introeuntes viderunt iu
venem sedentem in dextris coopertum
stola candida et obstupuerunt
Qui dixit illis. Nolite expavescere.
Ihesum queritis nazarenum crucifixum.
Surrexit non est hic. Ecce locus ubi

posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro quia precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. At ille exeuntes fugierunt de monumento. Invaserat enim eas pavor et tremor et nemini quicquam dixerunt timebant enim. Surgens autem ihesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nunciavit hiis qui cum eo erant lugentibus et flentibus. At illi audientes quia viveret et visus esset ab ea non crediderunt. Post hec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam. Et illi euntes nunciaverunt ceteris nec illis crediderunt. Novissime autem recumbentibus illis xi discipulis apparuit illis ihesus. Et exprobravit incredulitatem eorum et duriciam cordis quia hiis qui viderant eum a mortuis resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient linguis loquentur novis serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

13 Bis ta bis quos servat capla

Lucas syrus natione antiochenus arte medicus discipulus apostolorum postea paulum secutus usque ad confessionem eius serviens domino sine crimine. Nam neque uxorem umquam habuit neque filios. lxxiiii annorum obiit in bythynia plenus spiritu sancto. Qui cum iam descripta essent evangelia per matheum quidem in iudea per marcum autem in ytalia sancto spiritu instigante in achaye partibus hoc scripsit evangelium significans etiam ipse in principio ante suum alia esse descripta. Cui extra ea que ordo evangelice dispositionis exposcit ea maxime necessitas laboris fuit ut primum grecis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem christi dei manifestata humanitas ne iudaicis fabulis attenti in solo legis desiderio tenerentur neve hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti excederent a veritate elaboraret. Dehinc ut in principio evangelii iohannis nativitate presumpta cui evangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret contestans in se completa esse que essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei a perfectione generationis in christo implete et repetende a principio nativitatis humane potestas permissa est ut requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat per nathan filium david introitu recurrentis in deum generationis admisso indisparabilis dei [illegible] in se predicans in hominibus christum suum perfecti opus hominis redire in se per filium faceret qui per david patrem venientibus iter prebebat in christo. Cui luce non immerito etiam scribendorum apostolicorum actuum potestas in ministerio datur ut deo in deum pleno et filio perditionis extincta oratione ab apostolis facta sorte domini electionis numerus compleretur sicque paulus consummationem apostolicis actibus daret quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Quod et legentibus ac requirentibus deum etsi per singula expediri a nobis utile fuerat sciens tamen quod operantem agricolam oporteat primum de fructibus suis edere vitavimus publicam curiositatem ne non tam volentibus deum

demrare videm' qm fastidietib' p
Qm quide multi conati s' desse-
re ordinare narratom q in
nobis copleta s't rer' s'c tradide-
runt nob' qui ab inicio ipi viderunt
et minist' fuit smois visu e et m
asecuto a p'n° omnia dilige't ex or-
dine t' scrib' optime theophile ut
cognoscas eor' vbor' de quib' eru-
ditus es veritatem
Fuit i dieb' herodis regis iudee
sacerdos quida noie zachari-
as de vice abya et uxor illi de fi-
liab' aaron et nome ei' elyzabeth
Erat aut iusti ambo an deu i ce-
dentes i omib' madat' et iustifica-
tonib' dni sine q'rela et no erat eis
fili' eo q' eet elyzabeth sterilis et
ambo p'cessissent i dieb' suis Fctm
e aut cu sacerdoto fungeret' zacharias
i ordine vicis sue an deu s'm ore
consuetudine sacerdocii sorte exiit ut
i censu poneret ingressus i templu
dni et omis multitudo ppli erat orans
foris hora i censi Apparuit aut illi
angelus dni stans a dextris altaris
i censi Et zacharias turbat' e videns
eu et timor irruit sup eu Ait aut
ad eu angelus Ne timeas zacharia
qm exaudita e deprecacio tua et ely-
zabeth uxor tua pariet t' filiu et
vocabis nome ei' iohes Et erit t'
gaudiu et exultacio et multi i nativitate
ei' gaudebut Erit ei magnus cora
dno vinu et sicera no bibet et spu
sto replebit' adhuc ex utero matris
sue et multos filior' isrl convertet
ad dnm deu ipor' et ipe p'ibit an
illu i spu et virtute helie ut covertat
corda patru i filios et incredulos
ad prudencia iustor' parare dno
plebe pfectam Et dixit zacharias
ad angelu Vn hoc sciam Ego en-

sum senex et uxor mea p'cessit in
dieb' suis Et rndens angelus dixit
ei Ego sum angelus gabriel qui
asto an deu et missus su loqui ad te
et hec tibi evangelizare Et ecce eris
tacens et no poteris loqui usq in
diem quo hec fiant p'eo q' no cre-
didisti verbis meis q i plebunt'
i tpe suo Et erat die plebs fois
expectans zachariam et mirabant'
ur q' tardaret ipe in templo Egressus
aut no poterat loqui ad illos Et
cognoverut q' visione vidisset in te-
plo et ipe erat i nuens illis et p'ma-
sit mutus Et fcm e ut ipleti sunt
dies officii ei' abiit i domu sua
Post hos aut dies concepit elysa-
beth uxor ei' et occultabat se me-
sib' quinq' dices Qa sic sigitur
fecit m' dns i dieb' quib' respex-
auferre obp'briu meu int' homines In
mese aut sexto missus e angelus
gabriel a deo i civitate galilee cui
nomen nazareth ad v'gine desponsata
viro cui nome erat ioseph de
domo david et nome v'ginis maria
Et ingressus an'g ad eam dixit Ave
gra plena dns tecu benedicta tu
i mulierib' Que cu audisset turbata
e i s'mone eius Et cogitabat q'lis
eet ista salutacio Et ait angelus
ei Ne timeas maria i venisti g'-
ciam aput dnm Ecce concipies in
utero et paries filiu et vocabis nom'
ei' ihesum Hic erit magnus et filius
altissimi vocabit' Et dabit illi
dns de' sede david patris ei' et regna-
bit i domo iacob i et'nu et regni
ei' no erit finis Dixit aut maria
ad angelu Quo fiet istud qm vi-
rum no cognosco Et rndes angelus
dixit ei Spus scus sup veniet
i te et virtus altissimi obumbrabit

tibi Ideo et quod nascetur ex te sanctum vo
cabitur filius dei Et ecce elyzabeth
cognata tua et ipsa concepit filium in se
nectute sua et hic mensis est sextus
illi que vocatur sterilis quia non erit impossibile
apud deum omne verbum Dixit autem
maria Ecce ancilla domini fiat mihi secundum
verbum tuum Et discessit ab ea angelus
Exurgens autem maria in diebus illis
abiit in montana cum festinatione in
civitatem iuda et intravit in domum
zacharie et salutavit elyzabeth
Et factum est ut audivit salutationem ma
rie elyzabeth exultavit in gaudio in
fans in utero eius et repleta est spiritu sancto
elyzabeth Et exclamavit voce magna
et dixit Benedicta tu inter mulieres et bene
dictus fructus ventris tui Et unde hoc
mihi ut veniat mater domini mei ad me Ecce
enim ut facta est vox salutationis tue
in auribus meis Exultavit in fans in
gaudio in utero meo Et beata que credi
disti quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi
a domino Et ait maria Magnificat anima
mea dominum Et exultavit spiritus meus
in deo salutari meo Quia respexit
humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes
Quia fecit mihi magna qui potens est
et sanctum nomen eius Et misericordia eius a progenie
in progenies timentibus eum Fecit potentiam
in brachio suo dispersit superbos men
te cordis sui Deposuit potentes
de sede et exaltavit humiles Esu
rientes implevit bonis et divites
dimisit inanes Suscepit israel pu
erum suum recordatus misericordie sue Sicut
locutus est ad patres nostros abraham
et semini eius in secula Mansit autem maria
cum illa quasi mensibus tribus et reversa est
in domum suam Elyzabeth autem im
pletum est tempus pariendi et peperit filium
Et audierunt vicini et cognati eius
quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa
et congratulabantur ei Et factum est in die
octavo venerunt circumcidere puerum et vo
cabant eum nomine patris sui zachariam
Et respondens mater eius dixit Nequaquam
sed vocabitur iohannes Et dixerunt ad illam
quia nemo est in cognatione tua qui vocetur
hoc nomine Innuebant autem patri eius quem
vellet vocari eum Et postulans
pugillarem scripsit dicens Iohannes est
nomen eius Et mirati sunt universi Apertum
est autem illico os eius et lingua eius et lo
quebatur benedicens deum Et factus est
timor super omnes vicinos eorum et super
omnia montana iudee divulgabantur
omnia verba hec et posuerunt omnes qui
audierunt in corde suo dicentes Quis
putas puer iste erit Etenim manus
domini erat cum illo Et zacharias pater
eius repletus est spiritu sancto et prophetavit dicens
Benedictus dominus deus israel quia visitavit
et fecit redemptionem plebis sue Et
erexit cornu salutis nobis in domo
david pueri sui Sicut locutus est per os
sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius Sa
lutem ex inimicis nostris et de manu omnium
qui oderunt nos Ad faciendam misericordiam
cum patribus nostris et memorari testamenti
sui sancti Iusiurandum quod iuravit ad abra
ham patrem nostrum daturum se nobis
Ut sine timore de manu inimicorum
nostrorum liberati serviamus illi In sanctitate
et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris
Et tu puer propheta altissimi vocaberis
preibis enim ante faciem domini parare vias
eius Ad dandam scientiam salutis plebi
eius in remissionem peccatorum eorum Per viscera
misericordie dei nostri in quibus visitavit nos
oriens ex alto Illuminare hiis qui
in tenebris et umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nostros in viam
pacis Puer autem crescebat et conforta
batur spiritu et erat in desertis usque in diem ostensio

nis sue ad israhel. Capitulum 2m
Factum est autem in diebus illis exiit
edictum a cesare augusto ut
describeretur universus orbis. Et hec
descriptio prima facta est a preside syrie
cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur
singuli in suam civitatem. Ascendit autem
et ioseph a galilea de civitate nazaret
in iudeam civitatem david que vocatur beth
leem eo quod esset de domo et familia
david ut profiteretur cum maria despon
satam sibi uxore pregnante. Factum est
autem cum essent ibi impleti sunt dies ut
pareret et peperit filium suum primogenitum
Et pannis eum involvit et reclinavit
eum in presepio quia non erat ei locus
in diversorio. Et pastores erant in ea
dem regione vigilantes et custo
dientes vigilias noctis super gregem
suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta
illos et claritas dei circumfulsit illos
et timuerunt timore magno. Et dixit illis
angelus Nolite timere. Ecce enim evan
gelizo vobis gaudium magnum quod erit
omni populo quia natus est nobis salvator
mundi qui est christus dominus in civitate david
Et hoc vobis signum invenietis infan
tem pannis involutum et positum
in presepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo milicie celestis exercitus
laudancium deum et dicencium Gloria in al
tissimis deo. Et in terra pax hominibus
bone voluntatis. Et factum est ut di
scesserunt ab eis angeli in celum
pastores loquebantur ad invicem
Transeamus usque in bethleem et vi
deamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus
et ostendit nobis. Et venerunt festinantes
autem cognoverunt de verbo quod dictum erat
illis de puero hoc et omnes qui audierant
mirati sunt de hiis que dicta erant
a pastoribus ad ipsos. Maria autem
conservabat omnia verba hec conferens

in corde suo. Et reversi sunt pastores glo
rificantes et laudantes deum in omnibus
que viderant sicut dictum est ad illos. Et
postquam consummati sunt dies octo ut cir
cumcideretur puer vocatum est nomen eius
ihesus quod vocatum est ab angelo priusquam
in utero conciperetur. Et postquam
impleti sunt dies purgacionis marie
secundum legem moysi tulerunt illum in ihe
rusalem ut sisterent eum domino sicut scrip
tum est in lege domini quia omne masculinum
adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur
Et ut darent hostiam secundum quod scriptu
m est in lege domini par turturum aut duos
pullos columbarum. Et ecce homo
erat in ierusalem cui nomen symeon
et homo iste erat iustus et timora
tus expectans consolacionem israel et
spiritus sanctus erat in eo. Et responsum
acceperat symeon a spiritu sancto non visu
rum se mortem nisi prius videret christum
domini. Et venit in spiritu in templum.
Et cum inducerent puerum ihesum in tem
plum parentes eius ut facerent secundum
consuetudinem legis pro eo et ipse acce
pit eum in ulnas suas et benedixit
deum et dixit Nunc dimittis servum tuum
domine secundum verbum tuum in pace. Quia vide
runt oculi mei salutare tuum. Quod
parasti ante faciem omnium populorum. Lumen
ad revelacionem gentium et gloriam
plebis tue israel. Et erat pater eius et
mater mirantes super hiis que dicebantur
de illo et benedixit illis symeon et
dixit ad mariam matrem eius Ecce po
situs est hic in ruinam et resurrectionem multorum
in israel et in signum cui contradicetur
Et tuam ipsius animam pertransibit gla
dius ut revelentur ex multis cordibus
cogitaciones. Et erat anna prophe
tissa filia phanuel de tribu aser
et hec processerat in diebus multis et vixit.
erat cum viro suo annis septem ad

ginitate sua Et hec vidua erat usque ad
annos lxxxiiij que non discedebat de
templo ieiuniis et obsecracionibus ser
uiens die ac nocte Et hec ipsa hora
superueniens confitebatur domino et loquebatur
de illo omnibus qui expectabant redemp
cionem israel Et ut perfecerunt omnia secundum
legem domini reuersi sunt in galileam in ciui
tatem suam nazareth Puer autem cresce
bat et confortabatur plenus sapiencia et gracia
dei erat cum illo. Et ibant parentes
eius per omnes annos in iherusalem in die sollempni
pasche Et cum factus esset annorum xij as
cendentibus illis iherosolimam secundum legem
et consuetudinem diei festi consummatis
que diebus cum redirent remansit puer
ihesus in iherusalem et non cognouerunt parentes
eius existimantes autem illum in comitatu
venit iter diei et requirebant eum
inter cognatos et notos et non inueni
entes Regressi sunt in iherusalem requiren
tes eum Et factum est post triduum inuene
runt eum in templo sedentem in medio
doctorum audientem illos et interroga
tem Stupebant autem omnes eum qui
audierunt super prudencia et responsis eius
et videntes admirati sunt Et dixit mater
eius ad illum Fili quid fecisti nobis
sic ego et pater tuus dolentes quere
bamus te Et ait ad illos Quid est
quod me querebatis nesciebatis quia in hiis
que patris mei sunt oportet me esse Et ipsi non
intellexerunt verbum quod locutus est ad illos
Et descendit cum eis et venit nazareth
et erat subditus illis. Et mater eius conser
uabat omnia verba hec conferens in cor
de suo Et ihesus proficiebat sapiencia
etate et gracia apud deum et homines
Anno autem quintodecimo imperii tyberii
cesaris procurante poncio pyla
to iudeam tetrarcha autem galilee
herode philippo autem fratre eius te
trarcha yturee et traconitidis regio

nis et lysania abiline tetrarcha sub principibus
sacerdotum anna et cayapha Factum est verbum
domini super iohannem zacharie filium in de
serto Et venit in omnem regionem ior
danis predicans baptismum penitencie in remis
sionem peccatorum sicut scriptum est in libro sermonum
ysaie prophete Vox clamantis in deserto
Parate viam domini rectas facite semitas
eius Omnis vallis implebitur et omnis
mons et collis humiliabitur et erunt praua in
directa et aspera in vias planas Et
videbit omnis caro salutare dei nostri
Dicebat ergo ad turbas que exiebant
ut baptizarentur ab ipso Genimina
viperarum quis ostendit vobis fugere a
ventura ira dei Facite ergo dignos
fructus penitencie Et ne dicere ceperitis
patrem habemus abraham dico enim vobis
quia potens est deus de lapidibus istis su
scitare filios abrahe Iam enim se
curis ad radicem arboris posita est
Omnis ergo arbor non faciens fructum
bonum excidetur et in ignem mittetur Et in
terrogabant eum turbe dicentes Quid ergo
faciemus Respondens autem dicebat eis
Qui habet duas tunicas det non
habenti Et qui habet escas similiter faciat
Venit autem publicani ut baptiza
rentur et dixerunt ad illum Magister quid
faciemus At ille dixit ad illos Nichil
amplius quam quod constitutum est vobis
faciatis Interrogabant autem eum et
milites dicentes Quid faciemus et
nos Et ait illis Neminem concuciatis
neque calumpniam faciatis et contenti
estote stipendiis vestris Existima
te autem populo et cogitantibus omnibus in
cordibus suis de iohanne ne forte ipse
esset christus Respondit iohannes dicens omnibus
Ego quidem aqua baptizo vos Ve
niet autem forcior me post me cuius
non sum dignus soluere corrigiam cal

calciamentorum eius ipse vos baptizabit
in spiritu sancto et igni cuius ventilabrum in
manu eius et purgabit aream suam et con-
gregabit triticum in horreum suum paleas
autem comburet igni inextinguibili
Multa quidem et alia exhortans evan-
gelizabat populo Herodes autem tetrar-
cha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris
sui et de omnibus malis que fecerat Hero-
des adiecit et hoc super omnia et inclusit
Iohannem in carcerem Factum est autem cum
baptizaretur omnis populus et Ihesu bap-
tizato et orante apertum est celum et des-
cendit spiritus sanctus corporali specie sicut
columba in ipsum et vox de celo facta
est Tu es filius meus dilectus in te
complacuit anime mee Et ipse Ihesus
erat incipiens quasi annorum xxx ut
putabatur filius Ioseph qui fuit He-
li qui fuit Mathat qui fuit Le-
vi qui fuit Melchi qui fuit Ianne
qui fuit Ioseph qui fuit Mathat-
thie qui fuit Amos qui fuit Na-
um qui fuit Hesli qui fuit Nag-
ge qui fuit Maath qui fuit Ma-
thatie qui fuit Semei qui fuit
Ioseph qui fuit Iuda qui fuit
Iohanna qui fuit Resa qui fuit
Zorobabel qui fuit Salathiel qui
fuit Neri qui fuit Melchi qui fuit
Addi qui fuit Chosan qui fuit Hel-
madan qui fuit Her qui fuit Ihesu
qui fuit Heliezer qui fuit Iora
qui fuit Mathat qui fuit Levi
qui fuit Symeon qui fuit Iuda qui
fuit Ioseph qui fuit Iona qui fuit
Heliachim qui fuit Melcha qui
fuit Menna qui fuit Mathathia
qui fuit Nathan qui fuit David
qui fuit Iesse qui fuit Obeth
qui fuit Booz qui fuit Salomon
qui fuit Naason qui fuit Aminadab
qui fuit Aram qui fuit Esrom
qui fuit Phares qui fuit Iude
qui fuit Iacob qui fuit Ysaac qui
fuit Abraham qui fuit Thare qui
fuit Nachor qui fuit Seruch qui
fuit Ragau qui fuit Phaleth qui
fuit Heber qui fuit Sale qui fuit
Chaynan qui fuit Arphaxat qui
fuit Sem qui fuit Noe qui fuit
Lamech qui fuit Mathusale qui
fuit Enoch qui fuit Iareth qui
fuit Malaleel qui fuit Chaynan
qui fuit Enos qui fuit Seth qui
fuit Adam qui fuit filius Dei

Ihesus autem plenus spiritu sancto regressus est
a Iordane et agebatur a spiritu in
desertum xl diebus et temptabatur a dyabolo
et nichil manducavit in diebus illis et
consummatis illis esuriit Dixit autem
illi dyabolus Si filius Dei es dic la-
pidi huic ut panis fiat Et respondit
ad illum Ihesus Scriptum est Quia non in
solo pane vivit homo sed in omni verbo
Dei Et duxit illum dyabolus in montem
excelsum et ostendit illi omnia regna orbis
terre in momento temporis Et ait illi
Tibi dabo potestatem hanc universam et
gloriam illorum quia mihi tradita sunt et cui
volo do illa Tu ergo si adoraveris
coram me tua erunt omnia Et respondens
Ihesus dixit illi Scriptum est Dominum
Deum tuum adorabis et illi soli servies
Et duxit illum in Ierusalem et statuit eum
super pinnaculum templi et dixit illi
Si filius Dei es mitte te hinc
deorsum Scriptum est enim quia angelis
suis mandavit de te ut conservent te
et quia in manibus tollent te ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum Et
respondens Ihesus ait illi Dictum est Non
temptabis Dominum Deum tuum Et con-
summata omni temptatione dyabolus reces-
sit ab eo usque ad tempus Et regres-
sus est Ihesus in virtute spiritus in Gali-
leam et fama exiit per universam regi-
onem de illo Et ipse docebat in

synagogis eorum et magnificabatur ab omnibus
Et venit nazareth ubi erat nutritus
et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati
in synagogam et surrexit legere et tradi-
tus est illi liber ysaie prophete. Et ut revol-
vit librum invenit locum ubi scriptum
erat. Spiritus domini super me propter quod un-
xit me evangelizare pauperibus misit
me sanare contritos corde. predicare
captivis remissionem et cecis visum
dimittere confractos in remissionem predicare
annum domini acceptum et diem retribucio-
nis. Et cum plicuisset librum reddidit
ministro et sedit. Et omnium in synagoga
oculi erant intendentes in eum. Cepit
autem dicere ad illos quia hodie imple-
ta est hec scriptura in auribus vestris. Et
omnes testimonium illi dabant et mir-
abantur in verbis gracie que procedebant
de ore ipsius et dicebant Nonne
hic est filius ioseph. Et ait illis
utique dicetis mihi hanc similitudinem
medice cura teipsum dixerunt pharisei
ad ihesum. Quanta audivimus
facta in capharnaum fac et hic in
patria tua. Ait autem Amen dico vo-
bis quia nemo propheta acceptus est
in patria sua. In veritate dico vobis
multe vidue erant in diebus helie
in israel quando clausum est celum annis tribus
et mensibus sex. Cum facta esset
fames magna in omni terra et ad nullam
illarum missus est helias nisi in sarepta
sydonie ad viduam mulierem. Et multi
leprosi erant in israel sub helyseo propheta
et nemo eorum mundatus est nisi naaman
syrus. Et repleti sunt omnes in synago-
ga ira audientes et surrexerunt et eie-
cerunt eum extra civitatem et duxerunt
illum usque ad supercilium montis super
quem civitas eorum erat edificata
ut precipitarent illum. Ipse autem trans-
iens per medium illorum ibat. Et
descendit in capharnaum civitatem

galilee ibique docebat eos in sabbatis.
Et stupebant omnes in doctrina eius quia in
potestate erat sermo ipsius. Et in syna-
goga erat homo habens demonium inmun-
dum. Et exclamavit voce magna dicens
Sine quid nobis et tibi ihesu nazarene
venisti perdere nos scio te quis sis sanctus
dei. Et increpavit illum ihesus dicens
Obmutesce et exi ab illo. Et cum
proiecisset illum demonium in medium exivit
ab illo nichil que ei nocuit. Et factus
est pavor magnus in omnibus et colloque-
bantur ad invicem dicentes Quod est
verbum quia in potestate et virtute imperat in-
mundis spiritibus et exeunt. Et divul-
gabatur fama de illo in omnem locum
regionis. Surgens autem ihesus de
synagoga introivit in domum symo-
nis. Socrus autem symonis tenebatur
magnis febribus. Et rogaverunt illum
pro ea. Et stans super illam imperavit fe-
bri et dimisit illam. Et continuo sur-
gens ministrabat illis. Cum autem sol
occidisset omnes qui habebant infirmos
variis languoribus ducebant eos
ad eum. At ille singulis manus im-
ponens curabat eos. Exiebant
autem demonia a multis clamantia
et dicentia quia tu es filius dei. Et in-
crepans non sinebat ea loqui quia
sciebant ipsum esse xpistum. Facta autem die
egressus ibat per desertum locum et tur-
be requirebant eum et venerunt usque
ad ipsum et detinebant illum ne discede-
ret ab eis. Quibus ille ait Quia
et aliis civitatibus oportet me evangelizare
regnum dei quia ideo missus sum. Et erat
predicans in synagogis galilee. cap 4·

Factum est autem cum turbe irruerent
in ihesum ut audirent verbum dei et
ipse stabat secus stagnum gene-
sareth et vidit duas naves stan-
tes secus stagnum. Piscatores autem
descenderant et lavabant retia.

Ascendens aut i vnā nauē q̄ erat
symonis rogauit eū ut a tra redu
cer& pusillū Et sedens docebat de
nauicula t'bas Ut aut cessauit loq'
dixit ad symonē Duc i altū et
laxate recia vra i captura Et re
spondens symo dixit illi Preceptor
p tota nocte laborantes nichil cepi'
in v'bo aut tuo laxabo rethe Et
cū h' fecisset concluserunt piscium mul
titudine copiosa Rūpebat aut re
the eoꝝ ꝛ annuerunt socijs suis qui
erant i alia naui ut venirent ꝛ adiu
uarent eos ꝛ venerunt ꝛ impleuerunt
ambas nauiculas ita ut pene mer
gerent' Qd' cū vidiss& symo petrus
procidit ad genua ihū dicens Exi
a me dne qr homo peccator sū Stu
por aut circūdederat eū ꝛ omēs q' cū
illo erant i captura piscium q'' ceperāt
Simil' aut Jacobū ꝛ iohem filios ze
bedei qui erant socij symonis petri
Et ait ad symonē ihūs Noli timē
ex hoc iam eris hoīes capiens
Et subductis ad tram nauibꝰ re
lictis omībꝰ secuti sūt eū. Et factū
cū ess& i vna ciuitate Et ecce vir plenꝰ
lepra ꝛ videns ihm ꝛ procidit i facie
rogabat eū dicens Dne si vis potes
me mundare Et extendens manū te
tetigit eū dicens Volo mundare Et
confestim discessit lepra ab eo Et ipse
precepit illi ut nemini dicer& s; vade
ostende te sacerdoti ꝛ offer pro emun
datione tua sicut precepit moyses in
testimoniū illis Perambulabat aut magis
sermo de illo ꝛ conueniebant t'be multe
ut audirent eū ꝛ curarent' ab infir
mitatibꝰ suis Ipse aut secessit in
desertū ꝛ orabat Et factū ē i vna
dierū ꝛ ipse sedebat docens ꝛ erant
pharisei sedentes ꝛ legis doctores
qui venerant ad eū ex oī castello in

dee ꝛ galilee ꝛ ierusalē ꝛ v'tus dni erat
ad sanandū eos Et ecce viri portantes
i lecto hoīem q' erat paraliticꝰ ꝛ quere
bant eū i ferre ꝛ ponē añ eū ꝛ nō in
uenientes qua parte illū i'ferrent pre t'ba ascen
derunt sup tectū ꝛ p tegulas submi
serunt illū cū lecto i mediū añ ihm
Quoꝝ fidē ut vidit ihc dix Homo
remittunt' t' pecca tua Et ceperunt co
gitare scribe ꝛ pharisei dicentes Quis ē hic
qui loq'' blasphemias Quis pōt
dimittē pcca n' solꝰ deꝰ Ut aut cognouit
ihūs cogitatōes eoꝝ respondens
dix ad illos Quid cogitatis mala
i cordibꝰ vris Quid ē facilius
dicē dimittunt' t' pecca tua an dicē
surge ꝛ ambula Ut aut sciatis q'
filiꝰ hoīs potestatē hꝫ in t'ra dimit
tendi pcca ait paralitico t' dico sur
ge ꝛ tolle grabatū tuū ꝛ vade i
domū tuā ꝛ confestim cōsurgens co
rā illis tulit lectū i quo iacebat ꝛ
abijt i domū suā magnificans deū
Et stupor apprehendit omēs ꝛ mag
nificabant deū Et repleti sūt timore
dicentes qr vidimus mirabilia hodie
Et post hec exijt ihūs Et vidit
ihūs publicanū noīe leuī seden
tem ad theloniū ꝛ ait illi Sequere
me Et relictis omībꝰ surgens se
cutus ē eū Et fecit ei cōuiuium mag
nū leui i domo sua Et erat turba
multa publicanoꝝ ꝛ alioꝝ q' cū
illis erant discumbentes ꝛ murmu
rabant pharisei ꝛ scribe eoꝝ dicentes
ad discipulos suos Quare cū publi
canis ꝛ peccatoribꝰ manducatis ꝛ bibi
tis Et respondens ihūs dix ad illos
Non eget qui sani sūt medico s;
qui male hūt Non n' veni vocare
iustos s; peccatores ad penitentiam At
illi dixerunt ad eū Quare discipuli
iohannis ieiunant frequenter ꝛ obsecrationes

tiones faciunt similiter et phariseorum tui
autem edunt et bibunt. Quibus ipse ait
Numquid potestis filios sponsi dum cum illis
est sponsus facere ieiunare. Venient autem
dies cum ablatus fuerit ab eis spon
sus tunc ieiunabunt in illis diebus.
Dicebat autem et similitudinem ad illos quia
nemo commissuram a vestimento novo im
mittit in vestimentum vetus alioquin
et novum rumpit et veteri non convenit com
missura a novo. Et nemo mittit
in utres veteres vinum novum alioquin
rumpit vinum novum utres et ipsum effundetur
et utres peribunt. Sed vinum novum in
utres novos mittendum est et utraque
conservantur. Et nemo bibens vetus vult
novum statim dicit enim vetus melius est.
Factum est autem in sabbato secundo primo
cum transiret per sata vellebant
discipuli eius spicas et manducabant
confricantes manibus suis. Quidam autem
phariseorum dicebant illis Quid facitis
quod non licet in sabbato. Et respondens Ihesus
ad eos dixit Nec hoc legistis quod
fecit David cum esurisset ipse et qui
cum eo erant quomodo intravit in domum
dei et panes propositionis sumpsit et
manducavit et dedit illis qui cum eo
erant quos non licebat manducare nisi
tantum sacerdotibus. Et dicebat illis quia
dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum
est autem in alio sabbato ut intraret in
synagogam et doceret et erat ibi homo
et manus eius dextra erat arida. Obser
vabant autem scribe et pharisei si in sabbato
curaret ut invenirent unde accusa
rent eum. Ipse vero sciebat cogitationes
eorum et ait homini qui habebat manum ari
dam Surge et sta in medium. Et surgens
stetit. Ait autem ad illos Ihesus Inter
rogo vos si licet sabbatis bene agere
an male animam salvam facere
an perdere. Et circumspectis omnibus illis

dixit Extende manum tuam et exten
dit et restituta est sanitati manus
eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia et
colloquebantur ad invicem quidnam face
rent de Ihesu. Factum est autem in illis diebus
exiit in montem solus orare et erat in
pernoctans in oratione dei. Et cum dies
factus esset vocavit discipulos suos
et elegit xii ex ipsis quos et apostolos
nominavit Symonem quem cognominavit
Petrum et Andream fratrem eius Iacobum
et Iohannem Philippum et Bartholomeum
Matheum et Thomam Iacobum Alphei
et Symonem qui vocatur zelotes et
Iudam Iacobi et Iudam Scarioth qui
fuit proditor eius. Et descendit Ihesus
de monte cum illis stetit in loco ca
mpestri et turba discipulorum eius et multi
tudo copiosa plebis ab omni Iudea
et Ierusalem et maritima et Tyri et Sy
donis qui venerant ut audirent
eum et sanarentur a languoribus suis
et qui vexabantur a spiritibus immun
dis curabantur et omnis turba querebat eum
tangere quia virtus de illo exibat et sa
nabat omnes. Et ipse elevatis oculis
in discipulos suos dicebat Beati pau
peres spiritu quia vestrum est regnum dei. Beati
qui nunc esuritis quia saturabimini. Beati
qui nunc fletis quia ridebitis. Beati eri
tis cum vos oderint homines et cum sepa
raverint vos et exprobraverint et eiece
rint nomen vestrum tamquam malum propter
filium hominis. Gaudete in illa die
et exultate ecce enim merces vestra mul
ta est in celo. Secundum hec enim faciebant
prophetis patres eorum. Verumptamen ve
vobis ve vobis divitibus quia habetis
consolationem vestram. Ve vobis qui satu
rati estis quia lugebitis et flebitis.
Ve cum benedixerint vobis omnes homines.
Secundum hec enim faciebant pseudoprophetis patres
eorum. Sed vobis dico qui auditis

Diligite inimicos vestros, benefacite
his qui vos oderunt. Benedicite ma
ledicentibus vobis, orate pro calumpni
antibus vos. Et qui te percutit in
maxilla, prebe ei et alteram. Et ab eo
qui aufert tibi vestimentum et tunicam noli
prohibere. Omni autem te petenti tribue. Et
qui aufert que tua sunt ne repetas eis.
Et prout vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis similiter. Et si diligitis
eos qui vos diligunt, que vobis est gra
tia? Nam et peccatores diligentes se diligunt.
Et si benefeceritis his qui vobis bene
faciunt, que vobis est gratia? Siquidem et
peccatores hoc faciunt. Et si mutuum de
deritis his a quibus speratis recipere, que
gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus
fenerantur ut recipiant equalia. Verum
tamen diligite inimicos vestros et
benefacite eis, et mutuum date nichil in
sperantes. Et erit merces vestra multa et
eritis filii altissimi, quia ipse est benig
nus super ingratos et malos.
Estote ergo misericordes sicut et pater vester miseri
cors est. Nolite iudicare et non iudi
cabimini. Nolite condempnare et non con
dempnabimini. Dimittite et dimittemini.
Date et dabitur vobis: mensuram bonam
et confertam et coagitatam et supereffluen
tem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe
mensura qua mensi fueritis reme
tietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem:
Numquid potest cecus cecum ducere? Nonne
ambo in foveam cadunt? Non est discipulus
super magistrum; perfectus autem omnis erit
si sit sicut magister eius. Quid autem vides
festucam in oculo fratris tui, trabem
autem que in oculo tuo est non consideras?
Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater,
sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse
in oculo tuo trabem non videns? Ypo
crita, eice primum trabem de oculo tuo

et tunc perspicies ut educas festucam
de oculo fratris tui. Non est enim arbor
bona que facit fructus malos, neque
arbor mala faciens fructum bonum.
Una enim queque arbor cognoscitur de
fructu suo. Neque enim de spinis colli
gunt ficus, neque de rubo vindemiant
uvam. Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bonum, et malus
homo de malo thesauro cordis profert malum.
Ex habundantia enim cordis os loquitur.
Quid autem vocatis me domine domine et
non facitis que ego dico? Omnis qui
venit ad me et audit sermones me
os et facit eos, ostendam vobis cui
similis sit. Similis est homini qui fodit in
altum et ponit fundamentum super petram.
Inundatione autem facta illisum est flumen
domui illi et non potuit eam movere;
fundata enim erat super firmam petram.
Qui autem audit et non facit similis est
homini edificanti domum suam super terram
sine fundamento, in quam illisus est flu
vius et continuo cecidit et facta est
ruina domus illius magna. cap. a

Cum autem implesset omnia verba sua
in aures plebis, intravit Capharnaum.
Centurionis autem cuiusdam servus
male habens erat moriturus, qui illi
erat preciosus. Et cum audisset de Ihesu
misit ad eum seniores Iudeorum
rogans eum ut veniret et sanaret
servum eius. At illi cum venissent ad Ihesum
rogabant eum sollicite dicentes ei:
Quia dignus est ut hoc illi prestes; di
ligit enim gentem nostram et synago
gam ipse edificavit nobis. Ihesus autem
ibat cum illis. Et cum iam non longe
esset a domo, misit ad eum centurio
amicos suos dicens: Domine noli vexa
ri; non enim sum dignus ut sub tec
tum meum intres. Propter quod et memet

ipsum non sum arbitratus ut venirem ad
te sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus.
Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub
me milites et dico huic vade et
vadit et alio veni et venit et servo
meo fac hoc et facit. Quo audito Ihesus
miratus est et conversus sequentibus se tur-
bis dixit Amen dico vobis nec tantam
fidem inveni in Israel. Et reversi qui
missi fuerant domum invenerunt servum
qui languerat sanum. Et factum est
deinceps ibat Ihesus in civitatem que
vocatur Naym et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa. Cum autem
appropinquaret porte civitatis ecce defu-
nctus efferebatur filius unicus matris sue
et hec vidua erat et turba civitatis mul-
ta cum illa. Quam cum vidisset dominus
misericordia motus super illa dixit illi No-
li flere. Et accessit et tetigit locu-
lum. Hii autem qui portabant steterunt
et ait Adolescens tibi dico surge
et resedit qui erat mortuus et cepit
loqui et dedit illum matri sue. Acce-
pit autem omnes timor et magnifica-
bant deum dicentes Quia propheta
magnus surrexit in nobis. Et quia
deus visitavit plebem suam.
Et exiit hic sermo per universam iudeam
de eo et omnem circa regionem. Et nunci-
averunt Iohanni discipuli eius de omnibus his.
Et convocavit duos de discipulis suis
Iohannes et misit ad Ihesum dicens Tu es
qui venturus es an alium expec-
tamus. Cum autem ad eum venissent viri
dixerunt Iohannes baptista misit nos ad
te dicens Tu es qui venturus es an
alium expectamus. In ipsa autem hora
curavit multos a languoribus suis
et plagis et spiritibus malis et cecis multis
donavit visum. Et respondens dixit illis
Euntes renunciate Iohanni que audistis
et vidistis. Quia ceci vident claudi
ambulant leprosi mundantur surdi

civitas prope naym in galilea apprope monte thabor

audiunt mortui resurgunt pauperes
evangelizantur. Et beatus est quicumque non
fuerit scandalizatus in me. Et cum dis-
cessissent nuncii Iohannis cepit dicere
de Iohanne ad turbas Quid existis
in desertum videre arundinem vento agi-
tatam. Sed quid existis videre hominem
mollibus vestimentis indutum. Ecce qui
in preciosa veste sunt et in deliciis in
domibus regum sunt. Sed quid existis
videre prophetam. Utique dico vobis plus
quam prophetam. Hic est de quo scriptum est
Ecce ego mitto angelum meum ante
faciem tuam qui preparabit viam tuam
ante te. Dico enim vobis maior inter
natos mulierum propheta Iohanne baptista
nemo est. Qui autem minor est in regno
celorum maior est illo. Et omnis populus
audiens et publicani iustificaverunt
deum baptizati baptismo Iohannis.
Pharisei autem et legisperiti consilium dei
spreverunt in semetipsis non baptizati
ab eo. Ait autem dominus Cui ergo similes
dicam homines generationis huius et cui
similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus
in foro et loquentibus ad invicem et dicentibus
Cantavimus vobis tibiis et non salta-
stis lamentavimus et non plorastis. Venit
enim Iohannes baptista neque manducans
panem neque bibens vinum et dicitis de-
monium habet. Venit autem filius hominis
manducans et bibens et dicitis Ecce homo
devorator carnium et bibens vinum
amicus publicanorum et peccatorum. Et iu-
stificata est sapientia ab omnibus filiis
suis. Rogabat autem illum quidam
phariseus ut manducaret cum illo. Et
ingressus domum pharisei discubuit.
Et ecce mulier que erat in civitate pec-
catrix ut cognovit quod Ihesus accu-
buisset in domo pharisei attulit ala-
bastrum unguenti et stans retro secus pedes
eius et lacrimis cepit rigare pedes

eius z capill capitis sui tergebat z os
culaba pedes ei z unguento ungebat/ Videns aut phsicus qui vocauerat eu ait int se dicens Hic si esset propha sciret utiqz q z qualis est mulier q tangit eu. qz petrix est Et rn[s] ihus dix ad eu Symon habeo tibi aliqd dice At ille ait magist dic Et rn[t] ihus Duo debito res erant cuida feneratori unus debebat denarios quigetos z alius quiquaginta Non hentib aut illis un redderet donauit utrisqz Quis g eu plus diligit Rn[s] symo dixit Estimo qz is cui plus donauit At ille dixit Recte iudicasti Et conusus ad mulierem dix symoni Vides hanc mulierem Intraui i domu tua aqua pedib meis n ded[i]sti hec aut lacrimis rigauit pedes meos z capillis suis tersit/ Osculu aut mihi n dedisti hec aut ex quo itraui no cessauit osculari pedes meos Oleo cap[u]d meu no unxisti/ hec aut unguento unxit pedes meos/ Ppt qd dico t[ibi] remittunt ei pcca multa qz dilexit multu Cui aut minus dimittit minus diligit/ Dixit aut ad illam Ihus Dimittunt tibi pcca tua Et ceperunt qui simul accumbebant dice intra se Quis est hic qui z pcca dimittit Dixit aut ad mulierem Fides tua te salua fecit/ Vade in pace/ id est i quiete z cessacoe a pccis glosa nca uia uirtutis i uia scandali vel

Et fctm est deinceps et ipe iter faciebat p ciuitates z castella pdicans z euangelizans regnu dei z xii cu illo z mulieres alique q erant curate a spiritib malignis z i firmitatib / Maria que vocat magdalene de qua vii demonia exierat/ z iohana uxor chuze pcuratoris herodis z Su

sanna z alie multe q ministrabat ei de facultatib suis/ Cu aut plurima turba conuenirent z de ciuitatib ppe rarent ad ihm dixit p similitudine Exiit qui seiat seminare seme suu Et du seminat aliud cecidit sec[us] via z conculcatu est z uolucres celi comederunt id Et aliud cecid[i]t sup petra z natu aruit/ qz non habebat humore z humore Et aliud cecidit int spinas z simul exorte spine suffocaverunt id Et aliud cecidit i tra bona z ortu fecit fructum centuplu hec dicens clamabat Qui hz aures audiendi audiat Interrogabant aut discipli ei que esset hec pabola Quib ipe dix Vobis datu z nosse misteriu regni dei Ceteris aut i pabolis ut videntes no videant z audientes no intelligant Est h aut pabola Semen est vbu dei qui aute sec[us] via hii st qui audiunt deinde venit dyabolus z tollit vbu de corde eo ne credentes salui fiant Nam qui sup petra hii st qui cu audierint cu gaudio suscipiunt vbu z hii radices no hnt qz ad tps credunt z i tpe temptacois recedunt Qd aut i spinas cecidit hii st qui audiunt z sollicitudinib z diuiciis z voluptatib uite euntes suffocant z no referunt fructu Qd aut in tra bona hii st qui i corde bo z optimo audientes vbu retinent z fructu afferunt i paciencia Nemo aut lucerna accendens opit eam vase aut subtus lectu ponit sed sup candelabru ponit ut i trantes domu videat lumen Non est enim occultu qd no manifestet/ nec absconditu qd no cognoscatur z i palam veniat Videte g quo audiatis

Qui enim habet dabitur illi et quicumque non habet
et id quod putat se habere auferetur ab eo
Venerunt autem ad illum mater et fratres eius
et non poterant adire eum pre turba Et
nuntiatum est ei Mater tua et fratres tui
stant foris volentes te videre Qui
respondens dixit ad eos Mater mea et fratres
mei hii sunt qui verbum dei audiunt
et faciunt Factum est autem in una dierum
et ipse ascendit in naviculam et discipuli
eius Et ait ad illos Transfretemus
trans stagnum et ascenderunt Navigan
tibus autem illis obdormivit et descendit
procella venti in stagnum et compel
lebantur fluctibus et periclitabantur Acce
dentes autem suscitaverunt eum dicentes
Preceptor perimus At ille surgens
increpavit ventum et tempestatem
aque et cessavit et facta est tranquil
litas Dixit autem illis Ubi est fides
vestra Qui timentes mirati sunt ad
invicem dicentes Quis putas est hic
quia et ventis et mari imperat et
obediunt ei Et navigaverunt ad
regionem gerasenorum que est contra
galileam Et cum egressus esset ad
terram occurrit illi vir quidam qui
habebat demonium iam temporibus multis
et vestimento non induebatur neque
in domo manebat sed in monumentis
Hic ut vidit ihesum procidit ante
illum et exclamans voce magna
dicens Quid mihi et tibi est ihesu fili
dei altissimi obsecro te ne me tor
queas Precipiebat enim spiritui
inmundo ut exiret ab homine multis
enim temporibus arripiebat illum et
vinciebatur cathenis et compedibus
custoditus et ruptis vinculis agita
batur a demonio in desertum Interro
gavit autem illum ihesus dicens Quod tibi
nomen est At ille dixit Legio quia in
traverant demonia multa in eum

Et rogabant illum ne imperaret illis ut in
abyssum irent Erat autem ibi grex por
corum multorum pascentium in monte Et
rogabant illum ut permitteret illis in illos
ingredi Et permisit illis Exierunt ergo
demonia ab homine et intraverunt in por
cos Et impetu abiit grex per prece
ps in stagnum et suffocatus est Quod
ut viderunt factum qui pascebant fu
gerunt et nuntiaverunt in civitatem et in villas
Exierunt autem videre quod factum esset et
venerunt ad ihesum et invenerunt hominem
sedentem a quo demonia exierant
vestitum ac sana mente ad pedes
eius et timuerunt Et nuntiaverunt illis
et qui viderant quomodo esset sanus factus a
legione Et rogaverunt eum omnis
multitudo regionis gerasenorum ut
discederet ab ipsis quia timore magno
tenebantur Ipse autem ascendens na
vem reversus est Et rogabat eum vir a quo
demonia exierant ut esset cum eo Di
misit autem eum ihesus dicens Redi in do
mum tuam et narra quanta tibi fecit deus
Et abiit per universam civitatem predicans
quanta illi fecisset ihesus Factum est autem
cum redisset ihesus transfretum excepit
illum turba erant enim omnes expectantes
eum Et ecce venit vir cui nomen
erat yayrus et ipse princeps syna
goge erat Et cecidit ad pedes ihesu
rogans eum ut intraret in domum eius
quia filia unica erat illi fere anno
rum xii et hec moriebatur Et contigit
dum iret a turbis comprimebatur Et mulier
quedam erat in fluxu sanguinis ab annis
xii que in medicos erogaverat
omnem substantiam suam nec ab ullo po
tuerat curari accessit retro et tetigit
fimbriam vestimenti eius et confestim stetit
fluxus sanguinis eius Et ait ihesus Quis
est qui me tetigit Negantibus autem
omnibus dixit petrus et qui cum illo
erant Preceptor turbe te comprimunt

et affligunt et dicis quis me tetigit
Et dixit ihesus Tetigit me aliquis
Nam et ego cognovi virtutem de me exi-
isse Videns autem mulier quia non latuit tre-
mens venit et procidit ante pedes eius
Et ob quam causam tetigerat eum indicavit
coram omni populo et quemadmodum confestim
sanata sit At ipse dixit ei Filia
fides tua te salvam fecit vade in pa-
ce Adhuc eo loquente venit quidam
ad principem synagoge dicens illi
quia mortua est filia tua Noli vex-
are illum Ihesus autem hoc verbo audito
respondit puelle Noli timere crede tantum et
erit salva Et cum venisset ad domum
non permisit intrare secum quemquam
nisi petrum et iohannem et Iacobum et patrem
puelle et matrem Flebant autem omnes et
plangebant illam At ille dixit No-
lite flere non enim mortua est puella
sed dormit Et deridebant eum scientes
quia mortua esset Ipse autem tenens
manum eius clamabat dicens Puella
surge Et reversus est spiritus eius et sur-
rexit continuo Et iussit illi dare
manducare Et stupuerunt parentes
eius quibus precepit ne alicui dicerent
quod factum erat cap ix

Convocatis autem xii apostolis dedit
illis virtutem et potestatem super omnia
demonia et ut languores curarent
Et misit illos predicare regnum dei
et sanare infirmos Et ait ad illos Ni-
hil tuleritis in via neque virgam neque peram
neque pecuniam neque panem neque duas
tunicas habeatis Et in quamcumque domum
intraveritis ibi manete et inde ne ex-
eatis Et quicumque non receperint vos
exeuntes de civitate illa excutite pulverem
pedum vestrorum excutite in testimonium
super illos Egressi autem circuibant
per castella evangelizantes et curantes
ubique Audivit autem herodes te-
trarcha omnia que fiebant ab eo et
hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia
Iohannes surrexit a mortuis Ab aliis vero
dicebatur quia helyas apparuit ab aliis
autem quia unus de antiquis propheta sur-
rexit Et ait herodes Iohannem ego
decollavi Quis autem iste est de quo
ego audio talia Et querebat videre eum
Et reversi apostoli narraverunt illi quecumque
fecerunt Et assumpsit illos secessit se-
orsum in locum desertum qui est bethsay-
de Quod cum cognovissent turbe secute
sunt eum Et excepit illos et loquebatur illis de
regno dei et eos qui cura indige-
bant sanabat Dies autem ceperat
declinare Et accedentes xii dixerunt
illi Dimitte turbas ut euntes in ca-
stella et villas que circa sunt divertant
et inveniant escas quia hic in loco de-
serto sumus Ait autem ad illos Vos
date eis manducare At illi dixerunt
Non sunt nobis plus quam quinque panes et
duo pisces nisi forte nos eamus
et emamus in omnem hanc turbam escas
Erant autem fere quinque milia virorum Ait
autem ad discipulos suos Facite illos
discumbere per convivia quinquagenos
Et ita fecerunt omnes et discumbere fecerunt
omnes Acceptis autem quinque panibus et
duobus piscibus respexit in celum et
benedixit illis et fregit et distribuit
discipulis suis ut ponerent ante tur-
bas Et manducaverunt omnes et saturati
sunt Et sublatum est quod superfuit illis
fragmentorum cophini xii Et factum
est cum solus esset orans erant di-
scipuli cum illo et interrogavit eos di-
cens Quem dicunt esse turbe At illi responderunt me
et dixerunt Alii iohannem baptistam alii autem
heliam Alii autem quia propheta unus de pri-
oribus surrexit Dixit autem illis
Vos autem quem me esse dicitis Respondens
Symon petrus dixit Christum dei
At ille increpans eos precepit ne
cui dicerent hoc dicens quia oportet filium

hominis multa pati et reprobari a senioribus
et principibus sacerdotum et scribis et occidi et
tercia die resurgere. Dicebat autem ad
omnes. Si quis vult venire post me
abneget semetipsum et tollat crucem
suam cottidie et sequatur me. Qui enim
voluerit animam suam salvam facere perdet
illam. Nam qui perdiderit animam suam
propter me salvam faciet illam. Quid enim
proficit homo si lucretur universum mundum
se autem ipsum perdat et detrimentum sui
faciat. Nam qui me erubuerit
et sermones meos hunc filius hominis
erubescet cum venerit in maiestate
sua et patris et sanctorum angelorum. Dico
autem vobis vere sunt aliqui hic stantes
qui non gustabunt mortem donec
videant regnum dei. Factum est autem
post hec verba fere dies octo assump
sit petrum et iohannem et iacobum et
ascendit in montem ut oraret. Et
facta est dum oraret species vultus eius
altera et vestitus eius albus et refulgens.
Et ecce duo viri loquebantur cum illo.
Erant autem moyses et helias visi in
maiestate. Et dicebant excessum
eius quem completurus erat in ierusalem. Pe
trus vero et qui cum illo erant gravati
erant sompno et evigilantes vide
runt maiestatem eius et duos viros
qui stabant cum illo. Et factum est cum
discederent ab illo ait petrus ad
ihesum. Preceptor bonum est nos hic esse
et faciamus hic tria thabernacula. Tibi
unum et unum moysi et unum helie
nesciens quid diceret. Hec autem illo
loquente facta est nubes et obum
bravit eos et timuerunt intrantibus
illis in nubem. Et vox facta est de nu
be dicens. Hic est filius meus dilectus
ipsum audite. Et dum fieret vox
inventus est ihesus solus. Et ipsi ta
cuerunt et nemini dixerunt in illis
diebus quicquam ex hiis que viderant.

Factum est autem in sequenti die descendentibus
illis de monte occurrit illi turba multa. Et
ecce vir de turba exclamavit dicens.
Magister obsecro te respice in filium me
um quia unicus est mihi. Et ecce spiritus
apprehendit illum et subito clamat
et elidit et dissipat eum cum spuma
et vix discedit dilanians eum. Et ro
gavi discipulos tuos ut eicerent eum
et non potuerunt. Respondens autem ihesus dixit
O generatio infidelis et perversa usquequo ero
apud vos et patiar vos. Adduc
filium tuum. Et cum accederet elisit illum
demonium et dissipavit. Et increpavit
ihesus spiritum inmundum et sanavit puerum et
reddidit illum patri suo. Stupebant
autem omnes in magnitudine dei. Omnibusque
mirantibus in omnibus que faciebat dixit
ad discipulos suos. Ponite vos
in cordibus vestris sermones istos. Filius
enim hominis futurum est ut tradatur in manus
hominum. At illi ignorabant verbum is
tud et erat velatum ante eos ut non
sentirent illud. Et timebant interrogare
eum de hoc verbo. Intravit autem cogitatio
in eos quis eorum esset maior. At ihesus
videns cogitationes cordis eorum
apprehendens puerum statuit eum
secus se et ait illis. Quicumque susceperit
puerum istum in nomine meo me re
cipit. Et quicumque me receperit recipit
illum qui me misit. Nam qui minor est
inter omnes vos hic maior est. Respondens
autem iohannes dixit. Preceptor vidimus
quendam in nomine tuo demonia eici
entem et prohibuimus eum quia non sequitur te
nobiscum. Et ait ad illum ihesus.
Nolite prohibere. Qui enim non est adver
sum vos pro vobis est. Factum est autem
dum complerentur dies assumptionis
eius et ipse faciem suam firmavit ut iret
in ierusalem et misit nuncios ante conspectum
suum scilicet iacobum et iohannem. Et euntes

intrauerunt in ciuitatem samaritanorum ut
pararent illi cibum et non receperunt
illum quia facies eius erat euntis
in ierusalem Cum vidisset autem discipuli
eius Jacobus et iohannes dixerunt Domine
vis dicimus ut ignis descendat
de celo et consumat illos sicut helyas
fecit Et conuersus increpauit
eos dicens Nescitis cuius spiritus estis
Filius enim hominis non venit animas
hominum perdere sed saluare et abierunt in
aliud castellum Factum est autem am-
bulantibus illis in via dixit quidam
ad illum Sequar te quocumque ieris
Et ait illi ihesus Vulpes foueas
habent et volucres celi nidos filius
autem hominis non habet ubi reclinet ca-
put Ait autem ad alterum Sequere me
Ille autem dixit Domine permitte me
primum ire et sepelire patrem meum
Et dixit ei ihesus Sine ut mortui
mortuos sepeliant mortuos suos
Tu autem vade et annuncia regnum dei
Et ait alter Sequar te domine sed primum
permitte michi renunciare hiis qui
domi sunt Ait ad illum ihesus Nemo
mittens manum suam ad aratrum et
aspiciens retro aptus est regno dei
Post hec autem designauit ihesus
et alios lxxii duos et misit
illos binos ante faciem suam in omnem
ciuitatem et locum quo ipse erat ven-
turus Et dicebat illis Messis quidem
multa operarii autem pauci Rogate
ergo dominum messis ut mittat operari-
os in messem suam Ite Ecce ego mitto
vos sicut agnos inter lupos Nolite
portare sacculum neque peram neque
calciamenta et neminem per viam sa-
lutaueritis In quamcumque domum intra-
ueritis primum dicite Pax huic do-
mui Et si ibi fuerit filius pacis requi-
escet super eum pax vestra Sin autem

ad vos reuertetur In eadem autem domo ma-
nete edentes et bibentes que apud
illos sunt Dignus est enim operarius
mercede sua Nolite transire de do-
mo in domum Et in quamcumque ciuitatem in-
traueritis et susceperint vos manducate
que apponuntur vobis et curate in-
firmos qui in illa sunt et dicite illis
appropinquabit in vos regnum dei In
quamcumque ciuitatem intraueritis et non
receperint vos exeuntes in plateas
eius dicite Etiam puluerem pedum qui
adhesit vobis de ciuitate vestra ext-
ergimus in vos Tamen hoc scitote quia ap-
propinquabit regnum dei Dico autem
vobis quia sodomis remissius erit
quam ciuitati illi in die illa Ve tibi
Corozaym ve tibi bethsayda quia si
in tyro et sydone facte fuissent virtu-
tes que in vobis sunt facte olym in cilicio
et cinere sedentes penitent. Verumtamen
tyro et sydoni remissius erit in iudicio
quam vobis Et tu capharnaum
usque ad celum exaltata es usque
ad infernum demergeris Qui vos
audit me audit et qui vos spernit
me spernit Qui autem spernit me
spernit eum qui me misit Reuersi
sunt autem lxxii cum gaudio dicentes
Domine et demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo Et ait illis videbam
sathanam sicut fulgur de celo ca-
dentem Et ecce dedi vobis potestatem
calcandi supra serpentes et scorpio-
nes et super omnem virtutem inimici et
nichil vobis nocebit Verumtamen
in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis
subiciuntur Gaudete autem quia nomina
vestra scripta sunt in celis In ipsa autem
hora exultauit in spiritu sancto et dixit
Confiteor tibi pater celi et terre quia
abscondisti hec a sapientibus et pru-
dentibus et reuelasti ea paruulis Etiam

pater quia sic placuit ante te Omnia mihi tra
dita sunt a patre meo Et nemo scit quis
sit filius nisi pater et quis sit pater nisi filius
Et cui voluerit filius revelare Et conver
sus ad suos discipulos dixit Beati
oculi qui vident que vos videtis
Dico enim vobis quod multi prophete et reges
voluerunt videre que vos videtis et non
viderunt et audire que vos auditis
et non audierunt Et ecce quidam le
gisperitus surrexit temptans eum
et dicens Magister quid faciendo vitam
eternam possidebo At ille dixit ad
eum In lege quid scriptum est quomodo
legis Ille autem respondens dixit Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex omnibus viribus
tuis et ex tota mente tua et proximum tuum
sicut teipsum Dixitque illi Recte re
spondisti hoc fac et vives Ille autem
volens iustificare seipsum dixit
ad Ihesum Et quis est meus proximus Su
spiciens autem Ihesus dixit Homo
quidam descendebat ab Iherusalem in Ie
richo et incidit in latrones qui eum
despoliaverunt eum et plagis impositis
abierunt semivivo relicto Accidit
autem ut sacerdos quidam descenderet
eadem via et viso illo preterivit Simi
liter et levita cum esset secus viam et videns
eum pertransiit Samaritanus autem quidam
iter faciens venit secus eum et videns eum
misericordia motus est Et appropinquans alli
gavit vulnera eius infundens oleum et
vinum et imponens illum in iumentum
suum duxit in stabulum et curam eius
egit Et altera die protulit duos
denarios et dedit stabulario
et ait Curam illius habe et quodcumque
supererogaveris Ego cum rediero
reddam tibi Quis horum trium vi
detur tibi proximus fuisse illi qui incidit
in latrones At ille dixit Qui fecit

misericordiam in illum Et ait illi Ihesus Vade et
tu fac similiter Factum est autem dum irent
et ipse intravit in quoddam castellum et
mulier quedam Martha nomine excepit
illum in domum suam et huic erat soror
nomine Maria que etiam sedens secus
pedes domini audiebat verbum illius
Martha autem satthagebat circa fre
quens ministerium Que stetit et ait
Domine non est tibi cure quod soror mea re
liquit me solam ministrare Dic ergo
illi ut me adiuvet Et respondens dixit
illi dominus Martha Martha solli
cita es et turbaris erga plurima Porro
unum est necessarium Maria optimam
partem elegit que non auferetur ab ea
Et factum est cum esset in loco quo
dam orans ut cessavit dixit unus
ex discipulis eius ad eum Domine
doce nos orare sicut et Iohannes
docuit discipulos suos Et ait
illis Cum oratis dicite Pater noster
qui es in celis sanctificetur nomen tuum
Adveniat regnum tuum Fiat volun
tas tua sicut in celo et in terra Panem
nostrum cottidianum da nobis hodie
et dimitte nobis peccata nostra siquidem
et ipsi dimittimus omni debenti no
bis Et ne nos inducas in temptationem
Et ait ad illos Quis vestrum ha
bebit amicum et ibit ad illum media
nocte Et dicet illi Amice com
moda mihi tres panes quoniam amicus
meus venit ad me de via et non
habeo quod ponam ante illum Et ille
deintus respondens dicat Noli michi
molestus esse iam hostium meum
clausum est et pueri mei mecum sunt
in cubili non possum surgere et dare
tibi Et ille si perseveraverit pulsans
dico vobis Et si non dabit illi sur
gens eo quod amicus eius sit propter

ipbi^te tn̄ ei9 surget z dabit illi q̄t q̄
h̄ebit nc̄cios Et ego dico vobis
Petite z dabit^r vob' Querite z īuenī
etis. Pulsate z apie^t vob' Omnis n.
qui petit accipit / z qui q̄rit īuenit
z pulsanti apiet^r Quis aut̄ ex vob'
prem petit pane nūqđ lapidem
dabit illi / aut pisce nūqđ p̄ pisce
s̄pente dabit illi / aut si pecierit
ouū nūqđ porriget ei scorpione
Si g^o vos cū sitis mali nostis bō
dare filijs vrīs Quāto magis p̄r
vr̄ celestis dabit sp̄m bonū petē^tib3
se. ¶ Et erat eiciēs demoniū z id
erat mutū z cū eiecisset demoniū
locut9 ē mut9 z amirate st̄ turbe
Quidā aut̄ ex eis dixerūt In beel
zebub principe demoniorū eicit de
monia Et alij temptantes signū de
celo q̄rebāt ab eo Ipse aūt ut vidit
cogitacoēs eor̄ dixit eis Omne
regnū i se diuisū desolabit^r et
dom9 sup̄ domū cadet Si aūt et
sathanas i seipm̄ diuis9 ē quo^o
stabit regnū ei9 Quia dicitis m̄
belzebub principe demoniorū eice^re
me demonia Si aūt ego i belze
bub eicio demonia filij vr̄i i quo
eiciūt Ideo ipi iudices vr̄i erūt
Porro si i digito dei eicio demo^a
p̄fecto p̄uenit i vos regnū dei Cū
fortis armat9 custodit atriū suū i
pace st̄ oīa q̄ possidz Si aūte
fortior illo sup̄ ueniēs vicerit eū
vniūsa arma ei9 aufert i quib9
cōfidebat z spolia ei9 distribuet
Qui nō ē mecū aduersū me ē / z qui
nō colligit mecū dispgit / Cū i
mūd9 sp̄us exierit ab hoīe am
bulat p loca i aquosa querēs
requiē z nō i ueniēs dt̄ Reuertar
i domū meā vn̄ exiui Et cū venerit
i uenit scopis mūdatā z ornatā
tūc vadit z assumit alios vij nequi^o
sp̄us secū nequiores se z i gressi
h̄itant ibi z fiūt nouissima hoīs
illi9 peiora priorib9 Et fcm̄ ē aūt
cū hec diceret Extollēs vocē q̄dā
mulr̄ de turba dixit illi Beatus vēt^er
qui te portauit z vbera q̄ suxisti
At ille dixit Quinymo beati qui
audiūt v̄bū dei z custodiūt ill^d
Turbis aūt c̄currētib9 cepit dic^e
Generacio h̄ generacio nequā ē Signū
querit z signū nō dabit^r ei nisi
signū Ione pp̄he Nā sicut fuit
Ionas signū niniuitis ita erit
z filius hoīs generacōi huic Regina
austri surget i iudicio cū viris h9
generacōis z cōdēpnabit eos q^z
venit a finib9 t̄re audire sapiētiā
salomōis z plus salomone hic Viri ni
niuite surgent i iudicio cū generacōe
hac z cōdempnabūt illā q^z p̄niaz
nō egerūt ad p̄dicacoēm Ione.
Et ecce plus q̄ Iona hic ¶ Nemo
accendit lucernā z i abscondito ponit
neqz sub modio s3 sup̄ candelabrū
ut qui i grediūt^r lumē videant
Lucerna corporis tui ē ocul9 tuus
Si ocl's tu9 fuit simplex tot^m corp9
tuū lucidū erit / Si aūt nequā fuit
eciā totū corp9 tuū tenebrosū erit
Vide g^o ne lumē q̄d i te ē tenebre
sint Si g^o corp9 tuū lucidū fuit
nō h̄ns aliquā p̄tē tenebrar̄ erit
lucidū totū Et sic lucerna fulgo
ris illuminabit te ¶ Et cū loqueret^r
rogauit illū quidā phariseus ut
pranderet apud eū Ipse aūt in
gressus recubuit Phariseus aūt ce
pit int̄ se reputās dicē quare
nō baptizatus eēt an prandiū

Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei
quod de foris est calicis et catini mun
datis, quod autem intus est vestrum plenum est
rapina et iniquitate. Stulti, nonne
qui fecit quod de foris est, etiam illud
quod deintus est fecit? Verumtamen quod superest
date elemosinam, et ecce omnia munda sunt
vobis. Sed ve vobis pharisei qui decimatis
mentam et rutam et omne olus et preteritis
iudicium et iusticiam et caritatem dei.
Hec autem oportuit facere et illa non omittere.
Ve vobis phariseis qui dili
gitis primas cathedras in synago
gis et salutaciones in foro. Ve vo
bis quia estis ut monumenta que non
apparent, et homines ambulantes super
nesciunt. Respondens autem quidam ex
legisperitis ait illi: Magister, hec dicens
et nobis contumeliam facis. At ille
ait: Et vobis legisperitis ve, quia one
ratis homines oneribus que portare
non possunt, et ipsi uno digito vestro non
tangitis sarcinas. Ve vobis qui
edificatis monumenta prophetarum, patres
autem vestri occiderunt illos. Profecto
testificamini quod consentitis operibus
patrum vestrorum, quoniam quidem ipsi eos
occiderunt, vos autem edificatis eorum
sepulchra. Propterea et sapientia dei dixit:
Mittam ad illos vel ad vos pro
phetas et apostolos, et ex illis occi
dent et persequentur, ut inquiratur sanguis
omnium prophetarum qui effusus est a consti
tucione mundi a generacione ista, a sanguine
Abel usque ad sanguinem Zacharie
qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis
requiretur ab hac generacione. Ve vobis
legisperitis qui tulistis clavem sciencie;
ipsi non introistis et eos qui in
troibant prohibuistis. Cum autem hec
ad illos diceret, ceperunt pharisei et
legisperiti graviter insistere et os eius
opprimere de multis, insidiantes ei et que
rentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent.

Multis autem turbis XII circum
stantibus ita ut se invicem con
culcarent, cepit dicere ad discipulos
suos: Attendite a fermento phariseorum
quod est ypocrisis. Nichil autem opertum est quod
non reveletur, neque absconditum quod non
sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis in lumine
dicentur, et quod in aure locuti estis in cu
bilibus predicabitur in tectis. Dico autem
vobis amicis meis: ne terreamini ab hiis
qui occidunt corpus et post hec non habent
amplius quid faciant. Ostendam autem vobis
quem timeatis: timete eum qui postquam
occiderit corpus habet potestatem mittere in ge
hennam. Ita dico vobis, hunc timete.
Nonne quinque passeres veneunt dy
pondio, et unus ex eis non est in ob
livione coram deo? Sed et capilli ca
pitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere: multis passeribus pluris estis
vos. Dico autem vobis: omnis quicumque
fuerit confessus me coram hominibus, et filius
hominis confitebitur illum coram angelis dei;
qui autem negaverit me coram hominibus
negabitur coram angelis dei. Et omnis qui
dicit verbum in filium hominis, remittetur
ei; ei autem qui in spiritum sanctum blasphe
maverit non remittetur. Cum autem in
ducent vos in synagogas et ad ma
gistratus et potestates, nolite solliciti
esse qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis;
Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa
hora que oporteat vos dicere. Ait autem
ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo
ut mecum dividat hereditatem. At ille
dixit ei: Homo, quis me constituit in
dicem aut divisorem super vos? Dixit
que ad illos: Videte et cavete ab omni
avaricia, quia non in habundancia cuiusquam
est vita eius ex hiis que possidet. Dixit
autem ad illos similitudinem dicens: Hominis

cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit
et cogitabat intra se dicens Quid
faciam quia non habeo quo congregem
fructus meos Et dixit hoc faciam
destruam horrea mea et maiora
faciam et illuc congregabo omnia que
nata sunt michi bona mea et dicam anime
mee Anima multa habes bona posita in
annos plurimos Requiesce comede
bibe et epulare Dixit autem illi deus
Stulte hac nocte animam tuam repe
tent a te Que autem parasti cuius erunt
Sic est qui sibi thesaurizat et non est
in deum diues Dixitque ad discipulos
suos Ideo dico uobis ne solliciti
sitis anime uestre quid manducetis neque corpori
uestro quid induamini Anima enim plus est quam
esca et corpus plus est quam uestimentum
Considerate coruos quia non seminant
neque metunt quibus non est cellarium
neque horreum et deus pascit illos
Quanto magis uos pluris estis illis
Quis autem uestrum cogitando potest ad
dicere ad staturam suam cubitum unum
Si ergo neque quod minimum est potestis quid
de ceteris solliciti estis Considerate
lilia agri quomodo crescunt non laborant
neque nent Dico autem uobis quia nec
Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut
unum ex istis Si autem fenum quod hodie
in agro est et cras in clibanum mittitur
et uestit deus sic uestit Quanto
magis uos pusille fidei Et uos
nolite querere quid manducetis aut quid
bibatis et nolite in sublime extolli
Hec enim omnia gentes mundi querunt
Pater autem uester scit quoniam hiis indi
getis Verumptamen primum querite regnum dei
et hec omnia adicientur uobis Nolite ti
mere pusillus grex quia complacuit
patri uestro dare uobis regnum Vendi
te que possidetis et date elemosinam

facite uobis sacculos qui non uetera
scunt thesaurum indeficientem in celis quo
fur non appropiat neque tinea corrumpit
ubi enim thesaurus uester ibi et cor uestrum
erit Sint lumbi uestri precincti et
lucerne ardentes in manibus uestris et uos
similes hominibus expectantibus dominum suum
quando reuertatur a nupciis Et cum uenerit
et pulsauerit confestim aperiant ei Beati
serui illi quos cum dominus uenerit inue
nerit uigilantes Amen dico uobis
quod precinget se et faciet illos di
scumbere et transiens ministrabit illis
Et si uenerit in secunda uigilia et si in tercia
uigilia uenerit et ita inuenerit Beati
sunt serui illi Hoc autem scitote quoniam si sci
ret paterfamilias qua hora fur ue
niret uigilaret utique et non sineret
perfodi domum suam Et uos estote
parati quia qua hora non putatis
filius hominis ueniet Ait autem
ei petrus Domine ad nos dicis para
bolam an ad omnes Dixit autem dominus
Quis putas est fidelis dispensator
et prudens quem constituit dominus supra
familiam suam ut det illis in tempore tritici
mensuram Beatus ille seruus quem cum
uenerit dominus inuenerit ita facientem
Vere dico uobis quia supra omnia que
possidet constituet illum Quod si dix
erit seruus ille in corde suo moram facit
dominus meus uenire et ceperit percutere
pueros et ancillas et edere et bibere
et inebriari ueniet dominus serui illius
in die qua non sperat et hora qua
nescit et diuidet eum partemque eius
cum infidelibus ponet Ille autem seruus
qui cognouit uoluntatem domini sui
et non se preparauit et non fecit secundum uo
luntatem eius plagis uapulabit
multis Qui autem non cognouit et
fecit digna plagis uapulabit
paucis Omni autem cui multum datum

e multum querent ab eo z cui comodauerunt
multum plus petent ab eo Ignem veni
mittere i terram z quid volo nisi ut accendatur
Baptismo autem habeo baptizari z quo co
artor vsque dum perficiatur Putatis quia
pacem veni dare i terram Non dico vobis
sed separacionem Erunt enim ex hoc quinque
i vna domo diuisi tres i duos z
duo i tres diuidentur pater i filium z filius
i patrem suum mater i filiam z filia in
matrem Socrus i nurum suam z nurus
i socrum suam Dicebat autem ad turbas
Cum videritis nubem orientem ab oc
casu statim dicitis ymber venit z ita
fiet Et cum austrum flantem dicitis quia
estus erit z fit ypocrite faciem celi
z terre nostis probare Hoc autem tempus quo
modo non probatis Quid autem z a vobis ipsis
non iudicatis quod iustum est Cum autem vadis
cum aduersario tuo ad principem i via
da operam liberari ab illo ne forte
trahat te apud iudicem z iudex tradat
te exactori z exactor mittat te
i carcerem Dico vobis non exies
inde donec etiam nouissimum minutum reddas
Aderant autem quidam i ipso
tempore nunciantes illi de galile
is quorum sanguinem miscuit pyla
tus cum sacrificiis eorum Et respondens di
xit Putatis quod hii galilei pre omnibus
galileis peccatores fuerunt quia talia
passi sunt Non dico vobis sed nisi penitenciam
habueritis omnes simul peribitis z sicut illi x
z octo super quos cecidit in
syloa z occidit eos putatis quia z ipsi
debitores erant preter omnes homines
habitantes i ierusalem Non dico vobis
sed nisi penitenciam egeritis omnes simul peribi
tis Dicebat ihesus turbis hanc
similitudinem Arborem fici habebat quidam
plantatam i vinea sua z venit
querens fructum i illa z non invenit
Dixit autem ad cultorem vinee Ecce
anni tres sunt ex quo venio que
rens fructum i ficulnea hac z non in
venio Succide ergo illam ut quid z terram
occupat At ille respondens dixit illi
Domine dimitte illam ad huc anno vsque
dum fodiam circa illam z mittam stercora
Et si quidem fecerit fructum sin autem i
futurum succides illam Erat autem do
cens i synagoga eorum sabbatis Et ec
ce mulier que habebat spiritum i infirmitatis
z annis xviii z erat inclinata nec
omnino poterat sursum respicere Quam
cum vidisset ihesus vocauit eam ad se
z ait illi Mulier dimissa es ab
infirmitate tua z imposuit illi manus
z erecta est z glorificabat deum Respon
dens autem archisynagogus indignans
sabbato curasset hominem ihesus di
cebat turbe Sex dies sunt i quibus oportet
operari In hiis ergo venite z curamini
z non i die sabbati Respondens autem ad illum
dominus dixit ypocrite vnusquisque
vestrum sabbato non soluit bouem suum
aut asinum a presepio z ducit ad
aquare Hanc autem filiam abrahe
quam alligauit sathanas ecce xviii
annis non oportuit solui a vinculo isto
die sabbati Et cum hec diceret erube
scebant omnes aduersarii eius Et omnis
populus gaudebat i vniuersis que
gloriose fiebant ab eo Dicebat ergo
cui simile est regnum dei z cui simile ex
istimabo illud Simile est grano syna
pis quod acceptum homo misit i ortum
suum z creuit z factum est i arborem
magnam z volucres celi requie
uerunt i ramis eius Et iterum dixit
Cui simile existimabo regnum dei
Simile est fermento quod acceptum mulier
abscondit i farine sata tria donec
fermentaretur totum Et ibat per ciuitates
z castella docens z iter faciens in
ierusalem Ait autem quidam illi Domine si
pauci sunt qui saluentur Ipse autem

dixit ad illos Contendite intrare per angu-
stam portam quia dico vobis quia multi que-
rent intrare et non poterunt Cum autem in-
traverit paterfamilias et clauserit ostium
tunc incipietis foris stare et pulsare
hostium dicentes Domine aperi nobis
Et respondens dicet vobis nescio vos un-
de sitis Tunc incipietis dicere manduca-
vimus coram te et bibimus et in plateis
nostris docuisti Et dicet vobis nescio
vos unde sitis Discedite a me omnes
operarii iniquitatis Ibi erit fletus et stri-
dor dentium Cum videritis abraham ysaac
et iacob et omnes prophetas in regno dei
vos autem repelli foras Et veni-
ent ab oriente et occidente et ab
aquilone et austro et accubent in
regno dei Et ecce sunt novissimi qui
erant primi et sunt primi qui erunt no-
vissimi In ipsa autem die accesserunt
quidam phariseorum dicentes illi Exi
et vade hinc quia herodes vult te
occidere Et ait illis Ite et dicite vul-
pi illi Ecce demonia eicio et sanitates
perficio hodie et cras et tertia die con-
summor Verumptamen oportet me hodie
et cras et sequenti die ambulare quia
non capit prophetam perire extra
ierusalem Ierusalem que occidis prophetas et la-
pidas eos qui ad te missi sunt quotiens
volui congregare filios tuos
quemadmodum avis nidum suum sub pennis
et noluisti Ecce relinquetur vobis do-
mus vestra deserta dico autem vobis
quia non videbitis me donec veniat
hora cum dicatis Benedictus qui venit
in nomine domini Luce Capitulum xiiij

Et factum est cum intrasset in domum cui-
dam principis phariseorum sabbato
manducare panem et ipsi observabant
eum Et ecce homo quidam ydropicus
erat ante illum Et respondens ihesus dixit ad le-
gisperitos et phariseos dicens Si licet
sabbato curare At illi tacuerunt Ipse
vero apprehensum sanavit eum ac dimi-
sit Et respondens ad illos dixit Cuius vestrum
asinus aut bos in puteum cadat et
non continuo extrahet illum die sabbati
Et non poterant ad hec respondere illi Di-
cebat autem ad invitatos parabolam
intendens quomodo primos accu-
bitus eligerent dicens ad illos Cum
invitatus fueris ad nuptias non dis-
cumbas in primo loco ne forte honora-
tior te sit invitatus ab illo et
veniens is qui te et illum invitavit
dicat tibi da huic locum Et tunc in-
cipias cum rubore novissimum locum
tenere Sed cum invitatus fueris vade et
recumbe in novissimo loco Et cum
venerit qui te invitavit dicat tibi
amice ascende superius Tunc erit
tibi gloria coram simul discumbentibus
Quia omnis qui se exaltat humi-
liabitur et qui se humiliat exaltabitur
Dicebat autem et ei qui se invita-
verat Cum facis prandium aut cenam
noli vocare amicos tuos neque fratres
neque cognatos neque vicinos neque
divites ne forte et ipsi te reinvitent et
fiat tibi retributio Sed cum facis convi-
vium voca pauperes debiles clau-
dos cecos et beatus eris quia non habent
unde retribuant tibi Retribuetur enim tibi
in resurrectione iustorum Hec cum audisset quidam
de simul discumbentibus dixit illi Beatus
qui manducabit panem in regno dei
At ipse dixit ei Homo quidam
fecit cenam magnam et vocavit multos
et misit servum suum hora cene dicere
invitatis ut venirent quia iam parata sunt
omnia Et ceperunt omnes simul excu-
sare Primus dixit illi Villam emi
et necesse habeo exire et videre illam
Rogo te habe me excusatum Et
alter dixit Iuga boum emi quinque et eo

pbare illa rogo te habe me excu
satu Et alius dixit Uxore duxi
et ideo no possu venire Et reuersus
seruus nunciauit hec dno suo Tunc
iratus prfamilias dixit seruo suo Exi ci
to i plateas et vicos ciuitatis et pau
pes ac debiles cecos et claudos
introduc huc Et ait seruus Dne
factu e ut imperasti Et adhuc locus
e Et ait dns seruo Exi i vias et
sepes copelle intrare ut impleatur
domus mea Dico aut vobis q
nemo viror illor qui vocati st
gustabit cena mea Ibat aut
turbe multe cu eo et conuersus ad illos
dixit Siquis venit ad me et no
odit prem suu et mrem et uxore
et filios et fres et sorores adhuc
aut et aiam sua no pt meus ee dis cipulus
Quis n. ex vob volens turre edi
ficare none prius sedens coputat
sumptus qui qui ei necessarii st Si habeat
ad pficiendu ne postea qz posuerit
fundamentu et no potuit pficere oes
qui incipiant ei illudere dicentes qz
hic cepit edificare et no potuit
consumare Aut qs rex iturus
comittere bellu aduersus aliu regem
none sedens prius cogitat si pos
sit cu decem milibus occurrere ei q cu
xx milibus venit ad se Alioquin ad
huc illo longe agente legatione
mittens rogat ea q pacis st Sic
ergo omis ex vob qui no renunciat
omnibus q possidet no pt meus
ee discipulus Bonu e sal Si aut
sal euanuerit i quo condietur Neqz
in terra neqz in sterquilinio utile e sed
foras mittetur Qui ht aures
audiendi audiat etc Cap xv

Erant aut appropinquantes ad
illum publicani et peccatores ut
audirent illu Et murmurabant pharisei
et scribe dicentes qz hic peccatores recipit
et manducat cu illis Et ait ad illos pa
rabola istam dicens Quis ex vobis
ho e qui ht centu oues et si pdidit
una ex illis none dimittet nonagin
ta nouem i deserto et vadit ad illa que
perierat donec inueniat illa Et cu
inuenerit illa i ponit ea i humeros
suos gaudens et veniens domu co
uocat amicos et vicinos dicens illis
Congratulamini mihi qz inueni oue
q perdideram Dico aut vob qz ita
gaudium erit i celo sup uno peccatore
penitenciam agente qua sup xcix iust
tis qui no indigent penitencia Aut que
mulier habens dragmas x et si pdiderit
una none accendit lucernam et euertit
domu et querit diligenter donec inueniat
et cu inuenerit conuocat amicas et vicinas
dicens congratulamini mihi qz inueni drag
ma q perdideram Ita dico vobis gaudium
erit angelis dei sup uno peccatore pe
nitenciam agente Ait aut homo
quidam habuit duos filios et dixit
adolescentior patri ex illis Pater da
mihi porcionem substancie que me contingit et diui
sit illi substanciam Et no post multos dies
congregatis rebus omnibus adolescentior
filius peregre profectus e i regionem
longinqua et ibi dissipauit substanciam
sua viuendo luxuriose Et postqua
consumasset omnia facta e fames va
lida in regione illa et ipse cepit
egere et abijt et adhesit uni ciuium
regionis illius et misit illum i villam
sua ut pasceret porcos Et cupie
bat i plere ventrem suu de siliquis
qs porci manducabant et nemo illi
dabat In se aut i se reuersus dixit
Quanti mercenarii i domo patris
mei habundant panibus ego aut hic
fame pereo Surgam et ibo ad pa
trem meu et dicam ei Pater peccaui

in celum et coram te iam non sum dignus vocari
filius tuus fac me sicut unum ex mer-
cenariis tuis Et surgens venit ad
patrem suum Cum autem adhuc longe
esset vidit pater illum et misericordia motus
est Et accurrens cecidit super collum eius
et osculatus est eum Dixitque ei filius pa-
ter peccavi in celum et coram te iam non sum
dignus vocari filius tuus Dixit
autem pater ad servos suos Cito proferte
stolam primam et introducite illum et
date anulum in manum eius et calciamenta
in pedes eius Et adducite vitulum
saginatum et occidite et manducemus et
epulemur quia hic filius meus mortuus
fuerat et revixit perierat et inventus
est Et ceperunt omnes epulari Erat
autem filius illius senior in agro Et cum ve-
niret et appropinquaret domui audivit
symphoniam et chorum et vocavit unum
de servis et interrogavit quid hec essent
Is quod dixit illi frater tuus venit
et occidit pater tuus vitulum sagina-
tum quia salvum illum recepit Indignatus
est autem et nolebat introire Pater ergo
illius egressus cepit rogare illum
At ille respondens dixit patri suo Ecce
tot annis servio tibi et numquam mandatum
tuum preterivi et numquam dedisti michi edum
ut cum amicis meis epularer Sed
postquam filius tuus hic qui devoravit
substantiam suam cum meretricibus venit
occidisti illi vitulum saginatum
At ipse dixit illi fili tu semper
mecum es et omnia mea tua sunt
Epulari autem et gaudere oportebat
quia frater tuus hic mortuus fuerat et
revixit perierat et inventus est 16
Dicebat autem et ad discipulos suos
Homo quidam erat dives
qui habebat villicum et hic diffa-
matus est apud illum quasi dissipasset
bona ipsius Et vocavit illum et ait illi quid
audio de te Redde rationem villicationis
tue iam enim non poteris villicare
Ait autem villicus intra se quid faciam
quia dominus meus aufert a me villicationem
fodere non valeo mendicare eru-
besco Scio quid faciam ut cum amo-
tus fuero a villicatione recipiant me in
domos suas Convocatis itaque
singulis debitoribus domini sui dicebat
primo Quantum debes domino meo At
ille dixit Centum cados olei
Dixitque illi Accipe cautionem tuam
et sede cito et scribe quinquaginta
Deinde dixit alio Tu vero quantum
debes Qui ait Centum choros
tritici Ait illi Accipe litteras tuas
et scribe octoginta Et laudavit dominus
villicum iniquitatis quia prudenter fecisset
quia filii seculi huius prudentiores filiis
lucis in generatione sua sunt Et ego
dico vobis facite vobis amicos de
mammona iniquitatis ut cum defeceritis
recipiant vos in eterna tabernacula
Qui fidelis est in minimo et in maiori
fidelis est Et qui in modico iniquus
est et in maiori iniquus est Si ergo in iniquo
mammona fideles non fuistis quod verum
est quis credet vobis Et si in alieno
fideles non fuistis quod vestrum est quis
dabit vobis Nemo servus potest duobus
dominis servire aut enim unum odio habe-
bit et alterum diliget aut unum ad-
herebit et alterum contempnet non potestis
deo servire et mammone Audiebant
autem hec omnia pharisei qui erant avari et de-
ridebant eum Et ait illis Vos estis
qui iustificatis vos coram hominibus
deus autem novit corda vestra quia
quod hominibus altum est abominatio est
ante deum Lex et prophete usque ad Io-
hannem ex eo regnum dei evan-
gelizatur et omnis in illud vim facit

facilius est autem celum et terram preterire quam
de lege unum apicem cadere. Omnis
qui dimittit uxorem suam et ducit
alteram mechatur et qui dimissam
a viro ducit mechatur. Homo quidam
erat dives et induebatur purpura et
bysso et epulabatur cottidie splendide
et erat quidam mendicus nomine lazarus
qui iacebat ad ianuam eius ulceribus
plenus cupiens saturari de micis que
cadebant de mensa divitis et nemo
illi dabat. Sed et canes veniebant
et lingebant ulcera eius. Factum est autem
ut moreretur mendicus et portaretur ab
angelis in sinum abrahe. Mortuus
autem est et dives et sepultus est in inferno
Elevans autem oculos suos cum esset in
tormentis vidit abraham a longe et
odio habuit quia non sunt de mundo sicut
et ego non sum de mundo. Non rogo
ut tollas eos de mundo sed ut ser
ves eos a malo. De mundo non sunt
sicut et ego non sum de mundo. Sancti
fica eos in veritate. Sermo tuus ve
ritas est. Sicut tu me misisti in
mundum et ego misi eos in mundum
et pro eis ego sanctifico meipsum ut
sint et ipsi sanctificati in veritate. Non
pro eis autem rogo tantum sed pro eis qui
credituri sunt per verbum eorum in me ut
omnes unum sint sicut tu pater in me et
ego in te ut et ipsi in nobis unum sint
ut mundus credat quia tu me misisti
et ego claritatem quam tu dedisti
mihi dedi eis ut sint unum sicut et
nos unum sumus. Ego in eis et tu in
me ut sint consummati in unum et
cognoscat mundus quia tu me misisti
et dilexisti eos sicut et me dilexisti.
Pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego
sum et illi sint mecum ut videant
claritatem meam quam dedisti mihi quia
dilexisti me ante constitutionem mundi.
Pater iuste mundus te non cognovit
ego autem te cognovi et hii cognove
runt quia tu me misisti. Et notum
feci eis nomen tuum et notum faciam
ut dilectio qua dilexisti me sit
in ipsis et ego in ipsis. Cap xviii

Hec cum dixisset Ihesus egressus est
cum discipulis suis trans tor
rentem Cedron ubi erat ortus
in quem introivit ipse et discipuli eius.
Sciebat autem et Iudas qui tradebat
eum locum quia frequenter Ihesus convenerat
illuc cum discipulis suis. Iudas
ergo cum accepisset cohortem et a pon
tificibus et phariseis ministros venit
illuc cum laternis et facibus et armis.
Ihesus autem sciens omnia que ventura
erat super eum processit et dixit eis
Quem queritis? Responderunt ei Ihesum Na
zarenum. Dicit eis Ihesus Ego sum.
Stabat autem et Iudas qui tradebat
eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis Ego sum
abierunt retrorsum et ceciderunt in
terram. Iterum ergo interrogavit eos
Quem queritis? Illi autem dixerunt Ihesum
Nazarenum. Respondit Ihesus Dixi vobis
quia ego sum. Si ergo me queritis sinite
hos abire. Ut impleretur sermo quem
dixit quia quos dedisti mihi non perdidi
ex eis quemquam. Symon ergo Petrus
habens gladium eduxit eum et percussit
pontificis servum et abscidit auriculam
eius dextram. Erat autem nomen servo Mal
chus. Dixit ergo Ihesus Petro Mitte
gladium tuum in vaginam. Calicem quem
dedit mihi pater non vis ut bibam illum?
Cohors ergo et tribunus et ministri Iude
orum comprehenderunt Ihesum et ligaverunt
eum et adduxerunt eum ad Annam
primum. Erat enim socer Caiphe qui
erat pontifex anni illius. Erat autem
Caiphas qui consilium dederat
Iudeis quia expedit unum hominem
mori pro populo. Sequebatur autem Ihesum Sy
mon Petrus et alius discipulus. Discipulus
autem ille erat notus pontifici et
introivit cum Ihesu in atrium pontificis. Pe
trus autem stabat ad hostium foras.
Exivit ergo alius discipulus qui erat
notus pontifici et dixit hosti
arie et introduxit Petrum. Dicit ergo
Petro ancilla hostiaria Numquid et
tu ex discipulis es hominis istius?
Dicit ille Non sum. Stabant autem
servi et ministri ad prunas quia frigus
erat et calefaciebant se. Erat autem
cum eis et Petrus stans et calefaciens
se. Pontifex ergo interrogabat
de discipulis suis et de doctrina eius.
Respondit ei Ihesus Ego palam locutus
sum mundo ego semper docui in synagoga

z i templo quo oms queniut iudei
z i oculto locut⁹ sum nichil · Quid
me interrogas · Interroga eos qui au
dierunt quid locut⁹ sum ipis · Ecce
hij sciunt q dixerim ego · Hec cu dix
isset vnus ministrorum assistens dedit
alapam ihu dicens · Sic rndes po
tifici · Rndit ei ihus · Si male lo
cut⁹ sum testimonium phibe de malo
Si aut bn quid me cedis · Et mi
sit eu Annas ligatu ad cayphā
pontifice · Erat aut symo petrus
stans z calefaciens se · Dixerunt g°
ei · Nunquid z tu ex discipl eius es · Ne
gauit ille z dixit · Non sum · Dicit vnus
ex suis pontificis cognatus eius
cuius petrus abscidit auriculam · Non
ne ego te vidi i orto cu illo · Itm
g° negauit petrus z statim gallus
cantauit · Adducunt g° ihm a cay
pha i pretoriu · Erat aut mane et
ipi no introierunt i pretorium ut no
contaminarent · sz ut manducarent
pascha · Exiuit g° pylatus ad eos
foras z dixit · Quam accusationem af
fertis aduersus hominem hunc · Rnde
runt z dixerunt ei · Si hic no esset
malefactor no tibi tradidissemus eu
Dicit g° eis pylatus · Accipite eu
vos z scdm legem vram iudicate
eum · Dixerunt g° ei iudei · Nobis
no licz interficere quemqua ut smo
ihu impleretur qui dixit significans
qua morte esset moriturus · Intro
iuit g° iterum i pretoriu pylatus
z vocauit ihm z dixit ei · Tu es
rex iudeorum · Et rndit ihus · A temz
ipo hoc dicis an alij tibi hoc dixerunt
de me · Rndit pylatus · Nunquid iudeus
sum · Gens tua z pontifices tui
tradiderunt te m · Quid fecisti · Rndit
ihus · Regnum meu no e de hoc mu
do · Si ex hoc mundo regnum meu
esset ministri mei vtique decertarent

ut no traderer iudeis · Nunc aut regnu
meu no e hic · Dixit itaqz ei py
latus · Ergo rex es tu · Rndit ei ihs
Tu dicis qz rex sum ego · Ego i hoc
natus sum z ad hoc veni i mundum
ut testimonium phibeā veritati · Omis
qui ex veritate e audit voce mea
Dicit ei pylatus · Quid e veritas
Et cu hoc dixisset itm exiuit ad
iudeos z dicit eis · Ego nullam i ve
nio i eo causam · Est aut consuetudo
ut vnu dimitta vobis i pascha
Vultis g° ut dimitta vobis regem
iudeorum · Clamauerunt rursu oms
dicentes · Non hunc sz barrabam
Erat aute barrabas latro · xix
Tunc g° apphendit pylatus ihm
z flagellauit eu · Et milites
plectentes corona de spinis z sup
posuerunt capiti eius · Et veste pur
purea circumdederunt eu · Et veniebant
ad eu z dicebant · Aue rex iudeorum
Et dabant ei alapas · Exiuit itm
pylatus foras z dixit eis · Ecce ad
duco eu vobis foras ut cognos
catis qz i eo nulla causam i venio
Exiuit g° ihus portans spineam
corona z purpureu vestimentum · Et
dicit eis · Ecce homo · Cu g° vidis
sent eu pontifices z ministri clamabant
dicentes · Crucifige crucifige eum
Dicit eis pylatus · Accipite eu
vos z crucifigite eu · Ego n no
i venio i eo causam · Rnderunt ei
iudei · Nos legem habemus z scdm
legem debz mori qz filiu dei se fecit
Cu g° audisset hunc pylatus smonez
magis timuit z ingressus e pretoriu
iterum z dicit ad ihm · Vn es tu · Ihs
aut rnsu no dedit ei · Dicit g°
ei pylatus · Mihi no loqueris · Nescis
qz ptate habeo crucifigere te z ptate
habeo dimittere te · Rndit ihs · No hres
ptatem aduersum me vlla nisi t

eet data desup propterea qui me tradidit
te maius peccatum habet Et exinde querebat
pilatus dimittere eum Iudei autem clama
bant dicentes Si hunc dimittis non es
amicus cesaris Omnis enim qui se regem
facit contradicit cesari Pylatus autem cum
audisset hos sermones adduxit foras
ihesum et sedit pro tribunali in loco qui dicitur
lycostratos hebraice autem gol
gata Erat autem parasceue pasche
hora quasi vi et dicit iudeis ecce rex
vester Illi autem clamabant dicentes tol
le tolle crucifige eum Dixit eis
pylatus Regem vestrum crucifigam Respon
derunt pontifices Non habemus regem
nisi cesarem Tunc ergo tradidit eis ihesum
ut crucifigeretur Susceperunt autem
ihesum et eduxerunt et baiulans sibi
crucem exivit in eum qui dicitur calua
rie locum hebraice golgata ubi
eum crucifixerunt Et cum eo alios du
os hinc et hinc medium autem ihesum
Scripsit autem tytulum pylatus et po
suit super crucem Erat autem scriptum ihesus
nazarenus rex iudeorum Hunc ergo ty
tulum multi legerunt iudeorum quia prope
civitatem erat locus ubi crucifixus est
ihesus Et erat scriptum hebraice
grece et latine Dicebant ergo pyla
to iudeorum pontifices Noli scri
bere rex iudeorum sed quia ipse dixit rex
sum iudeorum Respondit pylatus quod
scripsi scripsi Milites ergo cum crucifi
xissent eum acceperunt vestimenta eius
et fecerunt iiii partes unicuique mi
liti partem et tunicam Erat autem tunica
inconsutilis desuper contexta per totum
Dixerunt ergo milites ad invicem non
scindamus eam sed sortiamur de ea cuius
sit ut scriptura impleretur dicens partiti
sunt vestimenta mea sibi et super
vestem meam miserunt sortem Et mi
lites quidem hec fecerunt Stabant autem
iuxta crucem ihesu mater eius et soror matris
eius maria cleophe et maria mag

dalene Cum vidisset ergo ihesus matrem
et discipulum stantem quem diligebat dicit
matri sue Mulier ecce filius tuus
Deinde dicit discipulo Ecce mater tua Et
ex illa hora accepit eam discipulus
in sua Postea sciens ihesus quia omnia
iam consummata sunt ut consummaretur scrip
tura dicit Sitio Vas ergo positum
erat aceto plenum Illi autem spon
giam plenam aceto ysopo circumpo
nentes obtulerunt ori eius Cum autem
accepisset ihesus acetum dixit consu
matum est Et inclinato capite tra
didit spiritum Iudei ergo quia parasceue
erat ut non remanerent in cruce corpora
sabbato Erat autem magnus dies
ille sabbati rogaverunt pylatum
ut frangerentur eorum crura et tolle
rentur Venerunt ergo milites et primi qui
dem fregerunt crura et alterius qui
crucifixus est cum eo Ad ihesum autem
cum venissent ut viderunt eum iam
mortuum non fregerunt eius crura
Sed unus militum lancea latus eius
aperuit et continuo exivit sanguis
et aqua Et qui vidit testimonium per
hibuit et verum est testimonium eius Et
ille scit quia vera dicit ut et vos credatis
Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur
Os non comminuetis ex eo Et iterum
alia scriptura dicit Videbunt in quem
transfixerunt Post hec autem rogavit
pylatum ioseph ab arimathia eo
quod esset discipulus ihesu occultus autem propter
metum iudeorum ut tolleret corpus
ihesu Et permisit pylatus Venit ergo
et tulit corpus ihesu Venit autem et
Nycodemus qui venerat ad ihesum
nocte primum ferens mixturam mirre
et aloes quasi libras centum Acceperunt
ergo corpus ihesu et ligaverunt illud linteis
cum aromatibus sicut mos iudeis
est sepelire Erat autem in loco ubi
crucifixus est ihesus ortus et in orto

monimenti nouum in quo nondum quisquam
positus fuit ibi ergo propter parasceue iu
deorum quia iuxta erat monumentum
posuerunt ihesum Capitulum xx

Una autem sabbati maria
magdalene venit mane cum ad
huc tenebre essent ad monumentum et
vidit lapidem sublatum a monumento
Cucurrit ergo et venit ad symonem
petrum et ad alium discipulum quem diligebat
ihesus et dicit eis Tulerunt de mo
numento dominum et nescio ubi posue
runt eum Exiit ergo petrus et ille alius
discipulus precucurrit citius petro et venit
primus ad monumentum Et cum inclinasset
se vidit linthiamina non tamen introi
uit Venit ergo symon petrus sequens
eum et introiuit in monumentum et vidit lin
theamina posita et sudarium quod
fuit super caput eius non cum linthea
minibus positum sed separatim involu
tum in unum locum Tunc ergo introivit et ille
discipulus qui venerat primus ad mo
numentum et vidit et credidit nondum enim
sciebat scripturam quia oportebat eum
a mortuis resurgere Abierunt ergo
iterum discipuli ad semetipsos iterum
Maria autem stabat ad monumentum
foris plorans Dum ergo fleret inclinavit
se et prospexit in monumentum et vidit
duos angelos in albis sedentes unum
ad caput et unum ad pedes ubi
positum fuerat corpus ihesu Dicunt ei
illi Mulier quid ploras Quem
queris Dicit eis Quia tulerunt
dominum meum et nescio ubi posuerunt
eum Hec cum dixisset conversa est retrorsum et
vidit ihesum stantem et non sciebat quia
ihesus esset Dicit ei ihesus Mulier
quid ploras quem queris Illa ex
istimans quod ortulanus esset dicit ei
Domine si tu sustulisti eum dicito mihi
ubi posuisti eum et ego eum tol
lam Dicit ei ihesus Maria Co

nversa illa dicit ei Rabboni quod dicitur magister Dicit
ei ihesus Noli me tangere Nondum enim
ascendi ad patrem meum ~~et patrem vestrum
deum meum et deum vestrum~~ Vade autem
ad fratres meos et dic eis Ascendo ad
patrem meum et patrem vestrum deum meum
et deum vestrum Venit maria magdalene
annuncians discipulis quia vidi dominum et
hec dixit mihi Cum autem esset sero die il
la una sabbatorum et fores essent
clause ubi erant discipuli congregati propter
metum iudeorum Venit ihesus et stetit in me
dio discipulorum et dicit eis pax
vobis Et cum hec dixisset ostendit eis
manus et pedes et latus Gavisi sunt
ergo discipuli viso domino Dixit ergo eis
iterum Pax vobis Sicut misit me
pater et ego mitto vos Hec cum dixis
set insufflavit et dixit eis Acci
pite spiritum sanctum Quorum remiseritis
peccata remittuntur eis et quorum reti
nueritis retenta sunt Thomas autem
unus ex xii qui dicitur didimus non erat
cum eis quando venit ihesus Dixerunt
ergo ei alii discipuli Vidimus dominum Ille
autem dixit eis Nisi videro in manibus
eius fixuram clavorum et mittam digitum
meum in locum clavorum et mittam ma
num meam in latus eius non credam
Et post dies octo iterum erant discipuli
eius et thomas cum eis Venit ihesus
ianuis clausis et stetit in medio di
scipulorum et dixit Pax vobis De
inde dicit thome Infer digitum tuum
huc et vide manus meas et affer
manum tuam et mitte manum in latus
meum et noli esse incredulus sed fidelis
Respondit thomas et dixit ei Dominus
meus et deus meus Dicit ei ihesus Quia
vidisti me thoma credidisti Beati
qui non viderunt et crediderunt Mul
ta quidem et alia signa fecit ihesus in
conspectu discipulorum suorum que non
sunt scripta in hoc libro Hec autem scripta

sunt ut credatis quia ihesus xpistus filius dei est et ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

Postea manifestauit se iterum ihesus discipulis ad mare tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus et nathanael qui erat a chana galilee et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo. Dicit autem symon petrus eis. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in nauem et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit ihesus in littore non tamen cognouerunt discipuli quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri numquid pulmentarium habetis. Responderunt ei non. Dicit eis. Mittite in dextra nauigii rethe et inuenietis. Miserunt ergo rethe et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro. Dominus est. Symon ergo petrus cum audisset quia dominus est tunica succinxit se. Erat enim nudus et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt non enim longe erant a terra sed quasi cubitis ducentis trahentes rethe piscium. Vt ergo descenderunt in terram viderunt prunas positas et piscem suppositum et panem. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit symon petrus et traxit rethe in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus et cum tanti essent non est scissum rethe. Dicit eis ihesus. Venite prandete et nemo audebat discumbentium interrogare eum tu quis es. Scientes quia dominus est. Et venit ihesus et accepit panem et dedit eis et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est ihesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandidissent dicit ihesus Symoni petro. Symon iohannis diligis me plus his. Dicit ei. Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum ihesus. Symon diligis me plus his. Ait illi. Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei tercio. Symon iohannis amas me. Et contristatus est petrus quia dixit ei tercio amas me. Et dicit ei. Domine tu omnia scis quia amo te. Dicit. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet te quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum. Et cum hoc dixisset dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit. Domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum vidisset petrus dixit ad ihesum. Domine hic autem quid. Dicit ei ihesus. Sic eum volo manere donec veniam quid ad te. Tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia ille discipulus non moritur. Et non dixit ei ihesus quia non moritur sed sic eum volo manere donec veniam quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hiis et scripsit hec. Et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus que si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Amen

Iacobus cognominatus iustus filius
Marie sororis matris domini post
passionem domini ab apostolis Iherosolimorum
ordinatus episcopus unam de vii epistolis
canonicis scripsit. Et si a quodam alio
sub nomine eius edita esse quidem
meruit. Hic ut refert Egesippus
qui fuit vicinus temporibus apostolorum, ex
utero matris sanctus fuit, vinum et siceram
non bibit. carnem nullam comedit
numquam tonsus nec unguento unctus
nec usus balneo. Huic soli licitum
erat ingredi sancta sanctorum, siquidem non
lineis sed laneis utebatur vestibus,
solusque templum ingrediebatur, et
flexis genibus pro populo orabat in
tantum genua eius in camelorum duriciam versa
crederentur. Dicitur et multa alia de
eo que longum est enarrare. tante sanctitatis
et celebritatis in populo, tradidit etiam
Iosephus fuisse ut propter eius necem
crederetur subversa Ierusalem. Triginta
annis rexit Ierosolimitanam ecclesiam
id est usque ad septimum annum Neronis.
Qui de pinna precipitatus templi
cum adhuc viveret fuste fullonis
in cerebro percussus interiit ibidemque iuxta
murum templi sepultus usque ad ob
sessionem Titi et ultimam Adriani ti
tulum habuit. Et hunc opinio legis premit
tit prologum in quo ostenditur quare ad certum
ordinem digestionis sub grecis epi
stolas redegit et veritate in trans
latione servavit quod non alii ante se.

Non ita est ordo apud grecos
qui integre sapiunt fidem
quamque rectam sectantur epistolarum
vii que canonice nuncupantur sicut in la
tinis codicibus invenitur quod quia
petrus est primus in ordine, ut in numero
apostolorum primus est, et eius epistole in ordine
ceterarum. Sed sicut evangelistas dudum ad veri
tatis lineam correximus, ita has proprio ordi
ne deo nos iuvante reddidimus. Est enim
una earum prima Iacobi, due Petri,
Iohannis tres et Iude una. Que si ut ab
eis digeste sunt, ita quoque ab interpretibus
fideliter in latinum verterentur eloquium, nec am
biguitatem legentibus facerent, nec sermonum
sese varietas impugnaret, illo pre
cipue loco ubi de unitate trinitatis in prima
epistola Iohannis positum legimus, in qua
etiam ab infidelibus translatoribus multum
erratum esse a fidei veritate comperimus,
trium tantummodo vocabula hoc est aque, sanguinis
et spiritus in ipsa sua editione ponentibus
et patris verbique ac spiritus testimonium omit
tentibus, in quo maxime et fides catholica
roboratur et patris et filii et spiritus sancti
una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris
vero epistolis quantum a nostra aliorum distet
editio lectoris prudentie derelinquo.
Sed tu virgo Christi Eustochium dum
a me inpensius scripture veritatem inquiris,
meam quodammodo senectutem invidorum
dentibus corrodendam exponis, qui
me falsarium corruptoremque sanctarum
pronunciant scripturarum. Sed ego in tali
opere nec emulorum meorum invidentiam
pertimesco nec sancte scripture veritatem
poscentibus denegabo.

Cap. primum

Iacobus apostolus dei et domini nostri
Iesu Christi, xii tribubus que sunt
in dispersione salutem. Omne
gaudium existimate fratres mei cum
in temptationes varias incideritis scien
tes quod probatio fidei vestre patientiam
operatur, patientia autem opus perfectum
habeat ut sitis perfecti et integri in nullo
deficientes. Si quis autem vestrum indi
get sapientiam postulet a deo qui
dat omnibus affluenter et non improperat
et dabitur ei. Postulet autem in fide nil
hesitans. Qui enim hesitat similis
est fluctui maris qui a vento mo
vetur et circumfertur. Non ergo existimet homo
ille quod accipiat aliquid a domino. Vir
duplex animo inconstans est in omnibus viis
suis. Glorietur autem frater humilis in ex
altatione sua, quia sicut flos feni

transibit. Dives autem in humilitate sua,
exortus est enim sol cum ardore et arefecit
fenum et flos eius decidit et decor vul-
tus eius deperiit. Ita et dives in itineribus
suis marcescet. Beatus vir qui suf-
fert temptationem quoniam cum probatus fuerit
accipiet coronam vitae quam repromisit
deus diligentibus se. Nemo cum temptatur
dicat quoniam a deo temptatur. Deus enim
intemptator malorum est, ipse autem tem-
ptat neminem. Unusquisque ~~peccatum~~ vero
temptatur a sua concupiscentia abstractus
et illectus. Deinde cum concupiscentia con-
ceperit parit peccatum, peccatum vero cum consumma-
tum fuerit generat mortem. Nolite itaque
errare fratres mei karissimi. Omne datum
optimum et omne donum perfectum desursum
est descendens a patre luminum apud quem
non est transmutatio nec vicissitudinis
obumbratio. Voluntarie enim genuit
nos verbo veritatis ut simus initium
aliquod creaturae eius. Scitis fratres mei
dilectissimi. Sit autem omnis homo velox
ad audiendum, tardus autem ad loquendum
et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam
dei non operatur. Propter quod abicientes omnem
inmunditiam et habundantiam malitiae in
mansuetudine suscipite insitum verbum
quod potest salvare animas vestras. Estote
autem factores verbi et non auditores
tantum fallentes vosmetipsos. Quia si
quis auditor verbi est et non factor, hic
comparabitur viro consideranti vultum
nativitatis suae in speculo. Consideravit enim
se et abiit et statim oblitus est qualis
fuerit. Qui autem perspexerit in lege per-
fecta libertatis et permanserit in ea, non au-
ditor obliviosus factus sed factor operis,
hic beatus in facto suo erit. Siquis autem
putat se esse religiosum non refre-
nans linguam suam sed seducens cor
suum, huius vana est religio. Religio
munda et inmaculata apud deum et
patrem haec est: visitare pupillos et

viduas in tribulatione eorum et inmacula-
tum se custodire ab hoc saeculo. cap 2

Fratres mei nolite in personarum
acceptione habere fidem domini nostri
Ihesu Christi gloriae. Etenim si introierit in con-
ventum vestrum vir aureum anulum habens
in manu et in veste candida, introi-
erit autem et pauper in sordido habitu, et
intendatis in eum qui indutus est veste
praeclara et si ei dixeritis tu sede hic bene,
pauperi autem dicatis tu sta illic aut
sede sub scabello pedum meorum,
nonne iudicatis apud vosmetipsos
et facti estis iudices cogitationum iniqua-
rum? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne
deus elegit pauperes in hoc mundo di-
vites autem in fide et heredes regni
quod repromisit diligentibus se? Vos autem
exhonorastis pauperem. Nonne di-
vites opprimunt vos per potentiam et ipsi
trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi
blasphemant nomen bonum quod invo-
catum est super vos? Si tamen legem perfi-
citis regalem secundum scripturas: diliges
proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si
autem personas accipitis, peccatum opera-
mini redarguti a lege quasi transgres-
sores. Quicumque autem totam legem
servaverit, offendat autem in uno, factus
est omnium reus. Qui enim dixit non
moechaberis, dixit et non occides. Quod
si non moechaberis, occidas autem, factus
es transgressor legis. Sic loquimini
et sic facite sicut per legem libertatis in-
cipientes iudicari. Iudicium enim sine
misericordia illi qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Quid proderit
fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera
autem non habeat? Numquid poterit fides
salvare eum? Si autem frater aut soror nudi
sint et indigent victu cotidiano, di-
cat autem aliquis de vobis illis ite in pa-
ce, calefacimini et saturamini, non
dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori,
quid proderit? Sic et fides si non

habuit opa mortua e i semetipa Sz
dic quis tu fide hēs et ego habeo
opa ostende m fide tua sn opib3 et
ego ostenda t ex opibz fide meam
Tu credis qm vn9 e de9 bn facis
et demones credunt et co tremiscunt
Vis aut scire o hō inanis qm fides
sn opibz mortua e Abraha pr
nr nonne ex opibz iustificatus est
offerens ysaac filiu suu sup altare
Vides q qm fides coopabit opibz
illi9 et ex opibz fides consumata e
et impleta e sciptura dicens Credidit a
braham deo et reputatu e illi ad
iusticiam et amicus dei appellatus e Vi
detis qm ex opibz iustificat homo
et no ex fide tm Silr aut Raab me
trix nonne ex opibz iustificata est
suscipiens nuncios et alia via ei
ciens Sicut eni corpus sn spu mortuu
e ita et fides sine opibz mortua e

Nolite plures magri fieri fres
mei scientes qm maius iudi
ciu sumitis In vbo eni multa offendim9
omnes Siquis i vbo no offendit
hic pfectus e vir pt et freno circu
ducere totum corpus Si aut equis frena
i ora mittim9 ad cosenciendu nobis
et omne corpus illoz circumferim9 Et
ecce et naues magne sint et a ventis
validis circumferunt
aut a modico gubnaclo ubi i pe
tus dirigentis voluit Ita et lingwa
modicu quide membz e et magna
exaltat Ecce quantus ignis quam
magna silua incendit et lingwa ig
nis e ignis e vniuersitas iniquitatis
lingwa ostituit i membris nris
que maculat totum corpus et inflamat ro
tam natiuitatis nre inflamata a ge
henna Omnis eni natura bestiaz vo
lucrm et serpentu et ceteroz domant
dōita sunt a na huana lingwa aut

hominum nullus domare pt Est n inquietu
malu et plena veneno mortifero
In ipa benedicimus deu et pre et in ipa
maledicimus hoies qui ad similitudinem
dei facti sunt Ex ipo ore pcedit benedic
cio et malediccio No oz fres mei hec
ita fieri Nuqd fons de eode foramine
emanat dulce et amara aquam Nu
qd pt fres mei ficus vuas facere
aut vitis ficus Sic nz salsa dul
ce pt facere aqua Quis sapiens
et disciplinatus int vos ostendat ex bona
conuersacoe opa sua i mansuetudine
sapie sue Qz si zelu amaru habetis
et contenciones sint i cordibus vris
Nolite gloriari et mendaces ee adu
sus veritate No e eni ista sapia
desursu descendes sz trena ani
malis dyabolica ubi eni zelus et contencio
ibi inconstancia et omne opus prauu
Que aut desursu e sapia primu
quide pudica e deinde aut pacifi
ca modesta suadibilis bonis con
sentiens plena mia et fructibus bo
nis iudicans sine simulacoe fructus
aut iusticie i pace seminatur facientes

Unde bella et lites Ca 4 pace
in vobis Nonne ex concupiscenciis
que militant i membris vris Concu
piscitis et no habetis occiditis et zelatis
et no potestis adipisci et litigatis et
belligeratis et no habetis ppter qd non
postulatis Petitis et no accipitis
eo qd male petatis ut i concupiscenciis
vris insumatis Adulteri nescitis
qm amicicia huius mundi inimica e
deo Quicuqz g voluerit amicus ee
sli huius inimicus dei constituetur An
putatis qd inaniter sciptura dicat
ad inuidia concupiscit sps qui habitat
i vobis Maiorem aut gram dat ppter
qd dicit deus supbis resistit hu
milibus aut dat graz Subditi g

estote deo Resistite autem dyabolo ⁊ fugiet
a vobis Appropinquate deo ⁊ ap
propinquabit vobis Emundate manus
peccatores ⁊ purificate corda dupplices
animo Miseri estote ⁊ lugete· risus
vester in luctum convertatur ⁊ gaudium in merorem
Humiliamini in conspectu domini ⁊ ex
altabit vos Nolite detrahere alter
utrum fratres mei Qui detrahit fratri aut
qui iudicat fratrem suum detrahit le
gi ⁊ iudicat legem Si autem iudicas
legem non es factor legis sed iudex Unus
est legislator ⁊ iudex qui potest per
dere ⁊ liberare Tu autem quis es qui
iudicas proximum tuum Ecce nunc qui
dicitis Hodie aut crastino ibimus in ci
vitatem illam faciemus ibi annum et
mercabimur ⁊ lucrum faciemus qui ignoratis
quid sit vobis in crastino Que enim
vita vestra vapor est ad modicum pa
rens ⁊ deinceps exterminabitur pro eo
ut dicatis Si dominus voluerit ⁊ si vi
xerimus faciemus hoc aut illud Nunc autem
exultatis in superbiis vestris Omnis ex
ultatio talis maligna est Scienti igitur
bonum facere ⁊ non facienti peccatum est

Plangite nunc divites illi
plorate ululantes in miseriis
vestris que advenient vobis Divicie vestre
putrefacte sunt ⁊ vestimenta vestra a tineis
comesta sunt Aurum ⁊ argentum vestrum eru
ginavit ⁊ erugo in testimonium eorum vobis
erit ⁊ manducabit carnes vestras
sicut ignis Thesaurizastis vobis iram
in novissimis diebus Ecce merces opera
riorum vestrorum qui messuerunt regio
nes vestras que fraudata est a vobis cla
mat ⁊ clamor eorum in aures domini
sabaoth introivit Epulati estis
super terram ⁊ in luxuriis vestris enu
tristis corda vestra in die occisionis
addixistis ⁊ occidistis iustum ⁊ non re
stitit vobis Patientes igitur esto
te fratres usque ad adventum domini
Ecce agricola expectat preciosum fructum
terre patienter ferens donec accipiat
temporaneum ⁊ serotinum Patientes igitur
estote ⁊ vos ⁊ confortate corda
vestra quoniam adventus domini appropinquabit
Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iudicemini ... exemplum accipite fratres exitus ma
li longanimitatis laboris ⁊ patientie pro
phetas qui locuti sunt in nomine domini
Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt
Sufferentiam Job audistis ⁊ finem domini
vidistis quoniam misericors est dominus ⁊ mi
serator Ante omnia autem fratres mei nolite
iurare neque per celum neque per terram neque
aliud quodcumque iuramentum Sit autem
sermo vester est est non non ut non sub
iudicio decidatis Tristatur autem aliquis
vestrum oret equo animo ⁊ psallat
Infirmatur aliquis ex vobis inducat presbiteros
ecclesie ⁊ orent super eum unguentes eum
oleo in nomine domini ⁊ oratio fidei salva
bit infirmum ⁊ alleviabit eum dominus Et
si in peccatis sit dimittentur ei Confitemini
ergo alterutrum peccata vestra ⁊ orate pro
invicem ut salvemini Multum enim valet
deprecatio iusti assidua Helyas
homo erat similis nobis passibilis ⁊ oratione
oravit ut non plueret super terram ⁊
non pluit annos iii ⁊ menses vi
Et rursum oravit ⁊ celum dedit
pluviam ⁊ terra dedit fructum suum
Fratres mei Si quis ex vobis erraverit
a veritate ⁊ converterit quis eum scire debet
quoniam qui converti fecerit peccatorem ab
errore vie sue salvabit animam
eius a morte ⁊ operit multitudinem peccatorum

Symon petrus filius Johannis provincie
galilee vice bethsayda frater andree

Petrus apostolus dicit apostolus
Jhesu christi electis advenis
dispersionis Ponti Gala
tie Capadocie Asie ⁊ Bythinie secundum
prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus
in obedientiam ⁊ aspersionem sanguinis

ihu xpi Gra nob' z pax multiplicet'
Benedictus deus z pr dni nri ihu xpi
qui scdm misericordiam magnam suam regenerauit
nos i spem viuam p resurrectionem ihu
xpi ex mortuis i hereditatem incorrup
tibilem z incontaminatam z immarcescibilem
conseruatam i celis i vobis qui i virtute
dei custodimini p fidem i salutem pa
ratam reuelari i tpe nouissimo i quo
exultabitis modicum nunc si oportet con
tristari i variis temptacionibus
ut probacio fidei vre multo preci
osior sit auro qd p ignem probatur
i venerim i laudem z gloriam z hono
rem i reuelacione dni nri ihu xpi
quem cum non videritis diligitis i quem
nunc quoque non videntes creditis cre
dentes autem exultabitis leticia in
enarrabili z glorificata reportantes
finem fidei vre salutem animarum vrarum
De qua salute exquisierunt atque
scrutati sunt prophete qui de futura in
vobis gra prophetauerunt scrutantes qd
vel quale tpe significaret qui erat
i eis sps xpi prenuncians eas que
i xpo sunt passiones z posteriores
glorias quibus reuelatum est quia non
sibimetipsis vobis autem ministrabant ea
que nunc nunciata sunt vobis per eos qui
euangelizauerunt vobis spu sco misso de
celo i que desiderant angeli prospi
cere propter qd succincti lumbos
mentis vre sobrii perfecti sperate
i eam que offertur vobis graciam i re
uelacionem dni ihu xpi qsi filii obe
diencie non configurati prioribus igno
rancie vre desideriis sz scdm eum qui
vocauit vos scm ut z ipsi sci in
oi conuersacione sitis qr scriptum est
Sci estote qm z ego scus sum
Et si prem inuocatis eum qui sine per
sonarum acceptione iudicat scdm vniuscuiusque
opus i timore i incolatus vri tpe
conuersamini Scientes qd non corrup

tibili auro z argento redempti estis de va
na vra conuersacione paterne tradicio
nis sz precioso sanguine qi agni imma
culati z incontaminati ihu xpi pcogniti
quidem ante constitucionem mundi manifesta
ti autem nouissimis tpibus propter nos qui p
ipsum fideles i deo estis qui suscitauit
eum a mortuis z dedit ei gloriam ut
fides vra z spes vra
esset i deo Animas vras castificantes
i obediencia caritatis i fraternitatis amore sim
plici ex corde i inuicem diligite atten
tius renati non ex semine corruptibili sz
incorruptibili per verbum dei viui z permanentis
i eternum qr omnis caro fenum z omnis
gloria eius tamquam flos feni Exaruit
fenum z flos eius decidit verbum autem
dni manet i eternum Hoc autem est verbum
dni quod euangelizatum est i vos
Deponentes igitur omnem maliciam 2
z omnem dolum z simulaciones
z inuidias z omnes detractiones Sic
ut modo geniti infantes racionabiles si
ne dolo lac concupiscite ut i eo crescatis
i salutem Si tamen gustastis qm suauis
est dns ad quem accedentes lapidem
viuum ab hominibus quidem reprobatum
a deo autem electum z honorificatum Et
ipsi tamquam lapides viui superedifi
camini i domos spirituales sacerdotium
scm offerre spirituales hostias accep
tabiles deo per ihm xpm propter qd con
tinet scriptura Ecce ego pono i
syon lapidem summum angularem
electum preciosum Et omnis qui
crediderit i eum non confundetur Vobis igitur
honor credentibus non credentibus autem
lapis quem reprobauerunt edificantes
hic factus est i caput anguli z la
pis offensionis z petra scandali hiis
qui offendunt i verbo nec credunt
deo i quo z positi sunt Vos autem
genus electum regale sacerdotium
gens sca populus acquisitionis ut

viventes admirantur ei qui de tenebris
vos vocavit in admirabile lumen suum
Qui aliquando non populus nunc autem populus dei
Qui non consecuti misericordiam nunc autem
misericordiam consecuti. Karissimi obsecro vos
tamquam advenas et peregrinos ab
stinere vos a carnalibus desideriis
que militant adversus animam. Conversacionem
vestram inter gentes habentes bonam ut
in eo quod detractant de vobis tamquam
de malefactoribus ex bonis operibus
vos considerantes glorificent
deum in die visitacionis. Subditi
estote omni humane creature propter deum
sive regi quasi precellenti sive ducibus
tamquam ab eo missis ad vindictam ma
lefactorum laudem vero bonorum quia sic est
voluntas dei ut benefacientes ob
mutescere faciatis imprudencium hominum
ignoranciam quasi liberi et non quasi velamen
habentes malicie libertatem sed sicut
servi dei omnes honorificate fraternitatem
diligite deum timete regem honori
ficate. Servi subditi estote in omni
timore dominis non tantum bo
nis et modestis sed et discolis. Hec est
enim gracia si propter conscienciam dei sustinet
quis tristicias paciens iniuste. Que
enim est gracia si peccantes et colaphis
cesi suffertis. Sed si bene facientes paci
enter sustinetis. Hec est gracia apud
deum. In hoc enim vocati estis quia et christus
passus est pro nobis vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum
non fecit nec inventus est dolus in ore
eius. Qui cum malediceretur non male
dicebat cum pateretur non comminabatur
tradebat autem iudicanti se iniuste
Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo
super lignum ut peccatis mortui iusticie
vivamus. Cuius livore sanati sumus.
Eratis enim sicut oves errantes sed
conversi estis nunc ad pastorem et episcopum
animarum vestrarum. Capitulum tercium

Similiter et mulieres subdite sint
viris suis ut et si qui non cre
dunt verbo per mulierum conversacionem sine
verbo lucrifiant. Considerantes in ti
more sanctam conversacionem vestram.
Quarum non sit extrinsecus capilla
tura aut circumdatio auri aut indumenti
vestimentorum cultus. Sed qui abscon
ditus est cordis homo in incorruptibili
tate quieti et modesti spiritus qui est
in conspectu dei locuples. Sic enim
aliquando et sancte mulieres sperantes in deum
ornabant se subiecte propriis viris.
Sicut Sara obediebat Abra
he dominum eum vocans. Cuius vos estis
filie benefacientes et non pertimen
tes ullam perturbacionem. Viri similiter
cohabitantes secundum scienciam quasi infirmiori
vasculo muliebri impercientes hono
rem tamquam coheredibus gracie vite
ut non impediantur oraciones vestre. In
fine autem omnes unanimes in oracione
estote compacientes fraternitatis ama
tores misericordes modesti humiles
non reddentes malum pro malo vel
maledictum pro maledicto sed e contrario bene
dicentes quia in hoc vocati estis ut bene
dictionem hereditate possideatis. Qui
enim vult vitam diligere et videre dies
bonos coherceat linguam suam
a malo et labia sua ne loquantur dolum.
Declinet autem a malo et faciat bonum
inquirat pacem et sequatur eam quia oculi
domini super iustos et aures eius in preces
eorum. Vultus autem domini super facientes
mala. Et quis est qui vobis noceat
si boni emulatores fueritis. Sed et si quid
patimini propter iusticiam beati eritis. Timo
rem autem eorum ne timueritis ut non
conturbemini. Dominum autem christum sanctificate
in cordibus vestris parati semper ad satisfac
cionem omni poscenti vos racionem
de ea que in vobis est fide et spe sed
cum modestia et timore conscienciam
habentes bonam ut in eo quod detrahunt

de vobis tamquam de malefactoribus confu-
dantur qui calumpniantur vestram bonam
conversationem in christo. Melius est enim benefacien-
tes si velit voluntas dei pati
quam malefacientes quia et christus semel
pro peccatis nostris mortuus est iustus pro
iniustis ut nos offerret deo. Mortifica-
tos quidem carne vivificatos autem
spiritu in quo et hiis qui in carcere con-
clusi erant spiritualiter veniens predicavit qui
increduli fuerant spiritu aliquando qui ex-
pectabat dei pacientiam in diebus noe
cum fabricaretur archa in qua pauca
id est octo anime salve facte sunt per aquam
quod et nos nunc simili forme salvos
facit baptisma non carnis depo-
sitio sordium sed consciencie bone inter-
rogatio in deum per resurrectionem ihesu christi qui est in
dextera dei patris deglutiens mortem
ut vite eterne heredes efficeremur pro-
fectus in celum subiectis sibi angelis
et potestatibus et virtutibus. Capitulum quartum

Christo igitur passo in carne et
vos eadem cogitacione arma-
mini quia qui passus est in carne desiit
a peccatis ut iam non hominum desideriis
sed voluntati dei quod reliquum est in carne
vivat temporis. Sufficiat enim preteritum
tempus ad voluntatem gentium consummandam
qui ambulaverunt in luxuriis in desi-
deriis violenciis comessationibus
potacionibus et illicitis ydolorum
cultibus in quibus nunc obstupescunt
in quo admirantur non concurrentibus vobis
in eandem luxurie confusionem blasphe-
mantes qui reddent racionem ei qui paratus
est iudicare vivos et mortuos. Propter
hoc enim mortuis evangelizatum est ut iudicen-
tur quidem secundum homines in carne vivant
autem secundum deum in spiritu. Omnium autem finis
appropinquavit. Estote itaque prudentes
et vigilate in oracionibus. Ante omnia autem
mutuam in vobis caritatem continuam habentes
quia caritas operit multitudinem peccatorum.

Et hospitales invicem sine murmuracione
unusquisque sicut accepit graciam in
alterutrum illam administrantes sicut boni
dispensatores multiformis gracie dei.
Siquis loquitur quasi sermones dei. Siquis
ministrat tamquam ex virtute quam admi-
nistrat deus ut in omnibus honorificetur
deus per ihesum christum. Alias in omnibus ho-
norificetur deus. Cui est gloria
et imperium in secula seculorum amen. Karissimi
nolite peregrinari in fervore qui ad
temptacionem vobis fit quasi ~~vobis~~ novi
aliquid vobis sit contingat sed communican-
tes christi passionibus gaudete ut in re-
velacione glorie eius gaudeatis exul-
tantes. Si exprobramini in nomine domini
nostri ihesu christi beati eritis quoniam quod est hono-
ris glorie et virtutis dei et qui est eius
spiritus super vos requiescet. Nemo
autem vestrum patiatur quasi homicida aut
fur aut maledicus aut alienorum ap-
petitor. Si autem ut christianus non
erubescat glorificet autem deum in is-
to nomine quoniam tempus est ut incipiat
iudicium a domo dei. Si autem primum
a nobis quis finis eorum qui non
credunt dei evangelio. Et si iustus
quidem vix salvabitur impius et peccator
ubi parebunt. Itaque et hii qui pa-
ciuntur secundum voluntatem dei fideli crea-
tori commendent animas suas in benefi-

Seniores ergo qui in vobis sunt 5
obsecro consenior et testis
christi passionum qui et eius que in futuro
revelanda est glorie communicator. Pasci-
te qui in vobis est gregem dei providen-
tes non coacte sed spontanee secundum
deum neque turpis lucri gracia sed volun-
tarie neque ut dominantes in cleris sed
forma facti gregis ex animo. Et cum appa-
ruerit princeps pastorum percipietis
inmarcescibilem glorie coronam. Similiter
adolescentes subditi estote seni-
oribus. Omnes autem invicem humi-
litatem insinuate quia deus superbis

resistit humilibus autem dat gratiam. Humiliamini autem sub potenti manu dei ut vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate quia adversarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret cui resistite fortes in fide scientes eandem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocavit nos in eternam suam regine alias gloriam in xpo ihesu modicum passos ipse perficiet et confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Per silvanum fidelem fratrem vobis ut arbitror breviter scripsi obsecrans et contestans hanc esse gratiam veram dei in qua statis. Salutat vos ecclesia que est in babilone coelecta et marcus filius meus. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia omnibus qui estis in xpo ihesu.

Prologus in epistola petri 2. Confide hunc mundo sapientes mortuos esse decrevit cuiusdeque pietatis quanta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

Symon petrus servus et apostolus ihesu xpi hiis qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri et salvatoris ihesu xpi gratia vobis et pax ~~divine virtutis~~ adimpleatur in cognitione dei nostri ihesu xpi. Quomodo nobis omnia divine virtutis sue que ad vitam et pietatem donata sunt per cognitionem eius qui vocavit nos propria gloria et virtute per quam maxima et preciosa nobis promissa donavit ut per hec efficiamini consortes divine nature fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem in virtute autem scientiam in scientia autem abstinentiam in abstinentia autem patientiam in patientia autem pietatem in pietate autem fraternitatis amorem in amore autem caritatem. Hec enim si vobiscum adsint et superent non vacuos et sine fructu constituent vos in domini nostri ihesu xpi cognitione. Cui enim non presto sunt hec cecus est et manu temptans oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter magis fratres satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum domini nostri et salvatoris ihesu xpi. Propter quod incipiam vos semper commonere de hiis et quidem scientes et confirmatos vos in presenti veritate. Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare vos in commonitione certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod et dominus noster ihesus xpus significavit mihi. Dabo operam et frequenter habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri ihesu xpi virtutem et presentiam sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus de celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripture propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines etc. Sequitur cap. 2

Fuerunt vero pseudo prophete in populo
sicut et in vobis erunt magistri men
daces qui introducent sectas perdi
tionis etc. qui erunt eos dominum
negantes Superducentes sibi celerem per
ditionem et multi sequentur eorum luxurias
per quos via veritatis blasphemabitur in ava
ricia fictis verbis de vobis negociabuntur
quibus iudicium iam olim non cessat et
non dormitat perditio eorum Si enim deus
peccantibus non pepercit sed rudentibus in
fernis detractos in tartarum tradidit in
iudicium cruciandos reservari Et si ori
ginali mundo non pepercit sed octavum
noe iusticie preconem custodivit dilu
vio mundo impiorum inducens Et civi
tates sodomorum et gomorreorum in
cinerem redigentes eversione dampnavit
Exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens
et iustum loth oppressum a nephandorum in
iuria et luxuriosa conversatione eripuit
Aspectu enim et auditu iustus erat habi
tans inter eos qui de die in diem iustam
animam iniquis operibus cruciabant
Novit dominus pios de temptatione
eripere iniquos vero in die iudicii re
servare cruciandos magis autem eos qui
post carnem in concupiscentia immundicie
ambulant dominationemque contempnunt
Audaces sibi placentes sectas non
metuunt inferre blasphemantes
ubi angeli fortitudine et virtute cum
sint maiores non portant adversum se ex
ecrabile iudicium Hii vero velut irra
cionabilia pecora naturaliter in captionem
et in perniciem et in hiis que ignorant bla
sphemantes in corruptione sua peri
bunt percipientes mercedem iniusticie
voluptatem existimantes diei delicias
coinquinationes et macule deliciis af
fluentes in conviviis suis luxuriantes
vobiscum oculos habentes plenos ad
ulterii Et incessabilis delicti fallentes
animas instabiles cor exercitatum avari
cicia habentes sed maledictionis filii
derelinquentes viam rectam erraverunt
secuti viam Balaam ex Bosor
qui mercedem iniquitatis amavit correctionem
vero habuit sue vesanie subiugale mutum animal quod in homi-
nis voce loquens prohibuit prophete
insipientiam Hii sunt fontes sine aqua
et nebule turbinibus exagi
tate quibus caligo tenebrarum
reservatur Superbia enim vanitatis
loquentes decipiunt in desideriis car
nis luxurie eos qui paululum ef
fugiunt qui in errore conversantur liber
tatem illis promittentes cum ipsi sint
servi corruptionis A quo enim quis
superatus est huius et servus est Si enim
effugientes coinquinationes mundi
in cognitione domini nostri et salvatoris
Ihesu Christi hiis rursus implicati su
perantur facta sunt eis posteriora deteriora
prioribus Melius enim erat illis non cognoscere
viam iusticie quam post agnitionem
retrorsum reverti Ab eo quod illis tra
ditum est sancto mandato Contigit enim illis
illud veri proverbii Canis reversus ad suum
vomitum et sus lota in volutabro

Hanc ecce vobis karissimi capitulum 3
secundam scribo epistolam in quibus
vestram excito in commonitione sinceram
mentem ut memores sitis eorum que
predixi verborum a sanctis prophetis et
apostolorum vestrorum preceptorum domini nostri
et salvatoris Hoc primum scientes quod ve
nient in novissimis diebus in deceptione
illusores iuxta proprias concupiscentias am
bulantes dicentes Ubi est promissio
aut adventus eius Ex quo enim patres nostri
dormierunt omnia sic perseverant
ab initio creature Latet enim eos hoc
volentes quod celi erant prius et terra
de aqua et per aquam consistens dei
verbo per que ille tunc mundus aqua

inundatus periit. Celi aut qui nc sc
& tra eodem vbo repositi sc igni re
sruati i die iudicij & pditois i pioꝝ
hoim. Vnu uo hoc no lateat vos
karmi qr vnus dies apud dnm sicut mil
le ani & mille ani sic dies vnus.
Non tardat dns i pmissione sua sic
quida existimat sz pacient agit
ppter vos nolens aliqs perire sz oms
ad pniam reuti. Adueniet aut dies
dni ut fur i quo celi magno i petu
transient. Elementa vo calore resol
uent tra aut & que i ipa sc opera
exurentur. Cu h oia dissolue
da sint quales oz vos ee i sctis co
uersacionibus & pietatibus expectantes
& ppantes i aduentu dni dei nri ihu
xpi p q celi ardentes soluentur &
elementa ignis ardore tabescent.
Nouos uo celos & noua tra scdm
pmissa ipius expectamus i quibus
iusticia habitat. ppter q karmi hec expec
tantes satagite immaculati & i vio
lati ei i veniri i pace. Et dni nri
ihu xpi longanimitatem salutem arbitramini
sicut & karmus frater nr paulus scdm data
sibi sapiam scripsit vobis sicut & i oi
bus eplis loquens i eis de hiis i q
bus sunt qda difficilia i tellectu q indoc
ti & i stabiles depuant sicut & ceteras
scripturas ad sua ipoꝝ dampnacoem.
Vos igitur fres pscientes h custo
dite vos ne i sipiencium errore
transducti excidatis a ppa i firmitate.
Crescite uo i gra & cognicoe dni
nri ihu xpi & Saluatoris dni nri
ihu xpi. ipi gla & nunc & i die eternitatis. amen.

Incipit Argumentum i epla pma Iohannis
narat ubi qr deus ipe sit cari
tas manifestat deceptores fratrum ui
dendos sive antichristos esse posse quos
detectat ut esse comprobant homicidas
odium sit interfectionis oratio
Sequitur Cap i Iohannis primo

Quod fuit ab inicio quod audiui
mus quod oculis nris vidimus
& pspeximus & quod audiuimus
& manus nre ɔtractauerunt de vbo vite
Et vita manifestata e & vidimus et
testamur & annunciamus vobis vitam eternam
que erat apud patrem & apparuit nobis.
Quod vidimus & audiuimus annunciamus
vobis ut & vos societatem habeatis nobis
cum & societas nra sit cu patre & cu
filio eius ihu xpo. Et h scribimus vobis
ut gaudeatis & ut gaudium vrm ple
num sit. Et h e annunciacio quam audiui
mus ab eo & annunciamus vobis qm deus
lux e & tenebre i eo no sunt ulle. Si
dixerimus qr societatem cu illo habemus &
i tenebris ambulamus mentimur & no
facimus veritatem. Si aut i luce ambu
lamus sicut & ipe e i luce societatem habemus
ad inuicem. Et sanguis ihu filii eius
emundat nos ab omni pcto. Si dixe
rimus qm pccm no habemus ipi nos
seducimus & ueritas i nobis no e. Si
ɔfiteamur pcta nra fidelis & iustus
e deus & remittet nobis pcta nra
& emundet nos ab oi iniquitate. Si
dixerimus qm no peccauimus mendacem
eu facimus & vbm eius no e i nobis.
Filioli mei hec scribo vobis ut 2 ca[a]
no peccetis sz & si quis pecca
uerit Aduocatum habemus apud pa
trem ihm xpm iustum & ipe e ppicia
cio p peccatis nris no p nris tm sz
& tocius mundi. Et i hoc scimus qm cog
nouimus eu si mandata eius obser
uamus. Qui dicit se nosse eu & mandata
eius no custodit mendax e & i eo ve
ritas no e. Qui aut seruat vbum eius
vere i eo caritas dei pfecta e. Et i hoc
scimus qm i ipo sumus si i ipo
pfecti fuerimus. Qui dicit se i ipo manere
debet sicut ipe ambulauit & ille ambulare.
Karmi no mandatum nouum scribo vobis
sz mandatum vetus quod habuistis ab

inicio Et madatu vetus e qd audistis
Iterum madatu novu scribo vobis qd e
verum et i ipo et i nobis qz tenebre tra
sierunt et verum lume ia lucet Qui dicit se
i luce ee et fratrem suu odit i tenebris
est usqz adhuc Qui diligit fratrem
suu i luce manet et scandalu i eo n
est Qui aut odit fratrem suu i tenebris
est et i tenebris ambulat et nescit quo
eat qm tenebre obcecaverunt oculos
eius Scribo vobis filioli qm remittuntur
vobis peccata ppter nomen eius Scribo vobis
patres qm cognovistis eu qui ab inicio
est Scribo vobis infantes qm cognovistis
patrem Scribo vobis iuvenes qm
fortes estis et verbu dei i vobis manet
et vicistis malignu Nolite diligere
mundu neqz ea que i mundo sunt Si quis
diligit mundu no e caritas patris i eo
Qm omne qd e i mundo concupiscentia car
nis e et concupiscentia oculorum et superbia
vite que n e ex patre sz ex mundo e
et mundus transibit et concupiscentia eius
Qui aut facit volu(n)tatem dei patris ma
net i eternum ¶ Filioli mei novis
sima hora e et sicut audistis qz antixpus
venit nunc aut antixpi facti multi sunt
Unde scimus qz hora novissima e Ex nobis
prodierunt sz no erant ex nobis Na
si fuissent ex nobis permansissent uti
qz nobiscum sz ut manifesti sint
qm no sunt omnes ex nobis Sz vos
unctionem habetis a sancto spiritu et nostis
oia No scripsi vobis quasi ignorantibus
veritatem sz quasi scientibus eam Et qm
oe mendaciu ex veritate no est
Quis e mendax nisi is qui negat
qm Jhesus no e Xpus Hic e antixpus
qui negat patrem et filiu Omnis qui
negat filiu nec patrem hz Qui aut
confitetur filiu hz patrem Vos qd
audistis ab inicio i vobis permane
at Si i vobis permanserit qd ab

inicio audistis et vos i filio et patre per
manebitis Et hec e repromissio qm ipse
filius pollicitus e vobis vitam eternam
Hec scripsi vobis de hiis qui seducunt
vos Et vos unctionem qm accepi
stis ab eo maneat i vobis Et non
necesse habetis ut aliquis doceat vos Sz
sicut unctio eius docet vos de omnibus
et verum e et no e mendacium Et sicut
docuit vos manete i eo Et nunc
filioli manete i eo ut cu apparuerit
habeamus fiduciam et no confundamur
ab eo i adventu eius Si scitis qm
iustus e scitote qm omnis qui facit
iusticiam ex ipo natus est cap 3
Videte qualem caritatem dedit
nobis deus pater ut filii dei no
minemur et simus ppter hoc mundus no no
vit nos qz no novit eu Karissimi nunc
filii dei sumus et nodum apparuit nos
quid erimus Scimus aut qm cu ap
paruerit similes ei erimus qm vide
bimus eu sicuti e Omnis qui habet
~~peccatum~~ hanc spem i eo sanctificat se sicut
et ille sanctus e Omnis qui facit peccatum
et iniquitatem facit et peccatum e iniquitas
Et scitis qm ille apparuit ut peccata
mundi tolleret et peccatum i eo no e Omnis
qui i eo manet no peccat et omnis
qui peccat no vidit eu nec novit
eu Filioli nemo seducat vos Qui
iusticiam facit iustus e sicut et ille
iustus e Qui facit peccatum ex
dyabolo e qm ab inicio dyabolus peccat
In hoc apparuit filius dei ut dissolvat
opa dyaboli ¶ Omnis qui natus e
ex deo peccatum no facit qm semen
ipius i eo manet et no pt peccare
qm ex deo natus e In hoc manifes
ti sunt filii dei et filii dyaboli Omnis
qui no e iustus no e ex deo et qui
no diligit fratrem suu Qm hec e
annunciacio quam audistis ab inicio
Ut diligatis alterutrum Non sicut

Cayn qui ex maligno erat et occi
dit fratrem suum et propter quid occidit eum
quoniam opera eius maligna erant fratris autem
eius iusta. Nolite mirari fratres si
odit vos mundus. Nos scimus quoniam trans
lati sumus de morte ad vitam quoniam
diligimus fratres. Qui non diligit manet
in morte. Omnis qui odit fratrem suum
homicida est. Et scitis quia omnis homi
cida non habet vitam eternam in se manen
tem. In hoc cognovimus caritatem dei quoniam
ille pro nobis animam suam posuit. Et
nos debemus pro fratribus nostris animas no
stras ponere. Qui habuerit substantiam
huius mundi et viderit fratrem suum ne
cessitatem habere et clauserit viscera sua
ab eo quomodo caritas dei manet in eo.
Filioli mei non diligamus verbo neque
lingua sed opere et veritate. In hoc
cognoscimus quoniam ex veritate sumus et
in conspectu eius suademus corda nostra.
Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum
maior est deus corde nostro. Et novit
omnia. Karissimi si cor nostrum non reprehen
derit nos fiduciam habemus ad deum.
Et quodcumque petierimus accipiemus ab eo
quoniam mandata eius custodimus et ea que
sunt placita coram eo facimus. Et hoc est
mandatum eius ut credamus in nomine filii eius
Ihesu Christi et diligamus alterutrum sicut dedit
mandatum nobis. Qui servat mandata eius
in eo manet et ipse in eo. Et in hoc scimus
quoniam manet in nobis quoniam de spiritu suo
Karissimi dedit nobis.
nolite omni spiritui credere sed
probate spiritus si ex deo sint quoniam multi
pseudoprophete exierunt in mundum. In
hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui
confitetur Ihesum Christum in carne venisse
ex deo est. Et omnis spiritus qui solvit
Ihesum Christum ex deo non est et hic est an
tichristus de quo audistis quoniam venit et
nunc iam in mundo est. Vos ex deo es
tis filioli et vicistis eum quoniam maior
est qui in vobis est quam qui est in mundo. Ipsi de
mundo sunt ideo de mundo loquuntur et mundus
eos audit. Nos ex deo sumus. Qui no
vit deum audit nos. Qui non est
ex deo non audit nos. In hoc cognosci
mus spiritum veritatis et spiritum erroris.
Karissimi diligamus nos invicem quia caritas
ex deo est. Et omnis qui diligit fratrem
suum ex deo natus est et cognoscit deum.
Qui non diligit non habet caritatem et
non novit deum quoniam deus caritas est.
In hoc apparuit caritas dei in nobis
quoniam unigenitum filium suum misit deus
in hunc mundum ut vivamus per eum.
In hoc est caritas non quasi nos dilexerimus
deum sed quoniam ipse prior dilexit nos
et misit filium suum propiciatorem pro peccatis
nostris. Karissimi si sic deus dilexit nos et
nos debemus alterutrum diligere. Deum
nemo vidit umquam. Si diligamus invicem
deus in nobis manet et caritas eius
in nobis perfecta est. In hoc intelligimus
quoniam in ipso manemus et ipse in nobis
quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos
vidimus et testificamur quoniam pater misit
filium suum salvatorem mundi. Quicum
que confessus fuerit quoniam Ihesus est
filius dei deus in eo manet et ipse in deo.
Et nos cognovimus et credimus ca
ritati quam habet deus in nobis. Deus caritas
est et qui manet in caritate in deo manet et
deus in eo. In hoc perfecta est caritas dei
nobiscum ut fiduciam habeamus in die
iudicii quia sicut ille est et nos sumus
in hoc mundo. Timor non est in caritate
sed perfecta caritas foras mittit timorem
quoniam timor penam habet. Qui autem timet
non est perfectus in caritate. Nos ergo di
ligamus deum quoniam ipse prior dilexit
nos. Si quis dixerit quoniam diligo
deum et fratrem suum odit mendax est.
Qui enim non diligit fratrem suum quem
videt deum quem non videt quomodo potest di

ligere. Et hoc mandatum habemus a deo ut qui
diligit deum diligat et fratrem suum.
Omnis qui credit quoniam Ihesus Christus
est ex deo natus est. Et omnis qui
diligit eum qui genuit diligit et eum
qui natus est ex deo. In hoc cognoscimus
quoniam diligimus natos dei cum deum dili-
gamus et mandata eius faciamus. Hec est enim
caritas dei ut mandata eius custo-
diamus. Et mandata eius gravia non
sunt quoniam omne quod natum est ex deo vin-
cit mundum. Et hec est victoria que vincit
mundum fides nostra. Quis est autem qui vincit
mundum nisi qui credit quoniam Ihesus est Christus
filius dei. Et hic est qui venit per aquam et
sanguinem Ihesus Christus non in aqua solum
sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testi-
ficatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt
qui testimonium dant in terra spiritus aqua et
sanguis et hii tres unum sunt. Et tres
sunt qui testimonium dant in celo pater verbum
et spiritus sanctus. Et hii tres unum sunt.
Si testimonium hominum accipimus testimonium
dei maius est quoniam hoc est testimonium dei quod
maius est quia testificatus est de filio suo.
Qui credit in filium dei habet testimonium
dei in se. Qui non credit in filium men-
dacem eum facit / quoniam non credit testi-
monio quod ipse testificatus est deus de fili-
o suo. Et hoc est testimonium quoniam vitam
eternam dedit nobis deus. Et hec vita in
filio eius est. Qui habet filium habet vitam
eternam. Qui autem non habet filium dei vitam non
habet. Hec scribo vobis ut sciatis quoniam vitam
habetis eternam qui creditis in nomine filii
dei. Et hec est fiducia quam habemus ad deum
quia quodcumque pecierimus secundum volunta-
tem eius audiet nos. Et scimus quoniam audit
nos quodcumque pecierimus et scimus quoniam
habemus peticiones quas postulamus
ab eo. Qui scit fratrem suum peccare pec-
catum non ad mortem petat et dabitur
ei vita peccanti non ad mortem. Est
peccatum ad mortem non pro illo dico ut
roget. Quod omnis iniquitas peccatum est
et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis
qui natus est ex deo non peccat sed ge-
neratio dei conservat eum et malignus
non tangit eum. Scimus quoniam ex deo
sumus et mundus totus in maligno
positus est. Et scimus quoniam filius dei
venit et dedit nobis sensum ut cog-
noscamus verum deum et simus in filio eius
vero Ihesu Christo. Hic est verus deus et vi-
ta eterna. Filioli custodite vos
a simulachris. Usque adeo autem sanctam
feminam scribit ut eandem dominam non
dubitet appellare cuius de filiis
testimonium ut ambulent in veritate per-
Senior electe domine hibet
et natis eius quos ego diligo
in veritate et non ego solus
sed omnes qui cognoverunt veritatem propter
veritatem que permanet in nobis et nobiscum
erit in eternum. Sit nobiscum gracia misericordia
et pax a deo patre et a Ihesu Christo filio
patris in veritate et caritate. Gavisus sum
valde quia inveni de filiis tuis am-
bulantes in veritate sicut mandatum
accepimus a patre. Et nunc rogo te
domina non quasi mandatum novum scri-
bens nobis sed quod habuimus ab inicio ut
diligamus alterutrum. Et hec est caritas ut
ambulemus secundum mandata eius. Hoc est
enim mandatum ut quemadmodum audistis ab
inicio in eo ambuletis quoniam multi se-
ductores exierunt in mundum qui non
confitentur Ihesum Christum venisse in carne.
Hic est seductor et antichristus. Videte
vosmetipsos ne perdatis omnia que
operati estis sed ut mercedem plenam
accipiatis. Quoniam omnis qui
precedit et non permanet in doctrina Christi
deum non habet. Qui permanet
in doctrina hic et filium et patrem habet.
Si quis venit ad vos et hanc doc-
trinam non affert nolite eum recipere
in domum nec ave ei dixeritis. Qui enim
dicit illi ave communicat

opib9 illi9 malignus. Ecce p̄dixi
vob z nō i die dm̄ nr̄i ihu xpi
cōfundamini. Plura h̄ns vob scribē
nolui p cartā z atramentū. Spero
enī me futur9 ad vos z os ad os lo
qui ut gaudium vr̄m plenū sit. Sa
lutat te filii sororis tue electe gr̄a
dei tecū Amen

Senior Gayo k̄mo que ego
diligo i v̄itate. K̄rme de
quib9 orōz facio p̄spe i gredi
z valē. Sic p̄spe agit aīa tua.
Gauisus sum valde venientib9
frīb9 z testiom̄ p̄hibētib9 v̄itati
tue. Sicut tu i v̄itate ambulas.
Maiore hor nō h̄eo gr̄am q̄ ut
audiā filios meos i v̄itate ambu
lare. K̄rme fideliť agis q̄cq̄d opa
ris i frēs z h' i pegrinos qui tes
timonium reddiderūt caritati tue i cōspectu
ecclie quos bn̄faciens deducas dig
ne deo. Pro noīe eni ei9 p̄fecti st̄ nichil
accipientes a gentib9. Nos ergo debem9
suscipe h̄mōi ut cooperatores si
m9 v̄itatis. Scripsissem forsitan
ecclie s; is qui amat primatū
gerē i h̄is Dyotrepes nō recipit
vos. ppt' h' si venero commoneā
ei9 opa q̄ facit v̄bis malignis
garriens i nos z q̄si nō ei ista
sufficiāt neq; ipe suscipit frēs
z eos qui suscipiūt p̄hibz z de
ecclia eicit. K̄rmi nolite imitari
malū s; q̄d bonum z. Qui bn̄ fac
ex deo ē. Qui male facit non
videt deū. Demetrio testimonium
redditur ab omnib9 z ab ipa v̄ite
z nos testiom̄ p̄hibem9 z nosti
q̄m testiom̄ nr̄m v̄m ē. Multa
alia h̄ui scribē tibi s; nolui p'at
mentū z calamū scribē tibi. Spero
aut' ptin9 te vide z os ad os lo
qui. Pax t'. Salutāt te. Saluta
tu amicos nominatim. Jude cap
primū

Judas ihu xpi seru9 frater aut' Jacobi
his qui st̄ i deo p̄re dilectis i ihu
xpo cōsuatis z vocatis. Mīa vob z
pax z caritas adimpleat'. K̄rmi
omēz sollicitud9 faciēs scribēdi vo
bis de cōi v̄ra salute nece h̄ui
scribē vob dep̄cans sup'certari sē
tradite sctis fidei. Subintroie
runt n. quidā hōies qui olim p
scripti st̄ i h' iudiciū impii dei nr̄i
gr̄a trāsferentes i luxuriā. Et so
lū dn̄atorē dm̄ nr̄m ihm xpm
negātes. Commonē aut' vos vo
lo scientes sē omīa. Qm̄ ihus
xpc plbm suū de t'ra egipti saluās
scdo eos qui nō crediderūt p̄didit
angelos v° qui nō suauerūt suū
p̄ncipatū s; dereliquerūt domiciliū
suū i iudiciū magni dei vinculis
et'nis sub caligine reseruauit. Et
sicut gomorra z sodoma z finitime
ciuitates sili mō exfornicate
z abeuntes p9 carnē alterā fc̄e
st̄ exemplū ignis et'ni penā sustine
tes. Silr z hii qui carnē macu
lāt dn̄acoēz aut' sp̄nūt maiestā
aut' blasphemāt. Cu Michael
archangelus cu dyabolo disputās
altercarēt de moysi corpe nō est
ausus iudiciū i ferre blasphemie
s; dixit Impet t' dn̄s. Hii aut'
quecūq; ignorāt blasphemāt
quecūq; nālr tanq̄ bruta aīa
lia norūt i his corrūpunt'. 2
Ve illis qui i via Cayn abi
erūt z errore balaam merce
de effusi st̄ z i cōtradictōe chore
perierūt. Hii st̄ i epulis suis ma
cule cōuiuātes sine timore semet
ipos pascētes nubes sine aq̄
q̄ a ventis circūferūt'. Arbores aut
autumpnales i fructuose bis mor
tue eradicate. Fluctus feri maris

de spumantes suas confusiones Sy
dera errantia quibus procella tene
brarum in eternum conseruata est. Prophetauit
autem et de hijs septimus ab adam
Enoch dicens Ecce venit dominus in
sanctis milibus suis facere iudicium contra
omnes et arguere omnes impios de omnibus
operibus impietatis eorum quibus im
pie egerunt Et de omnibus duris que
locuti sunt contra eum peccatores impij
Hij sunt murmuratores querulosi
secundum desideria sua ambulantes et
os illorum loquitur superbia mira
tes personas questus causa Vos autem karis
simi memores estote verborum que predicta
sunt ab apostolis domini nostri ihesu xpi qui
dicebant vobis quoniam in nouissimo
temporibus venient illusores secundum sua
desideria ambulantes in impieta
te Hij sunt qui segregant semetipsos
animales spiritum non habentes Vos autem
karissimi superedificantes vosmetipsos
sanctissime vestre fidei in spiritu sancto ora
tes vosmetipsos in dilectione dei
seruate Expectantes misericordiam domini
nostri ihesu xpi in vitam eternam Et hos
quidem arguite iudicatos Illos
vero saluate de igne rapientes
alijs autem misereminj in timore dei odi
entes eam que carnalis est maculatam
tunicam Ei autem qui potens est vos
conseruare sine peccato et constituere ante
conspectum glorie sue domini immaculatos
in exultacione in aduentu domini nostri ihesu
xpi soli deo Saluatori nostro per
ihesum xpistum dominum nostrum gloria et magni
ficencia imperium et potestas et ante secula
Et nunc et in omnia secula seculorum Amen

Explicit Canonice apostolorum Jaco
bi petri Johannis et Jude Prologus

Romani sunt partes Romanorum
Ytalie Hij preuenti sunt a falsis
apostolis et sub nomine domini nostri ihesu xpi
in legem et prophetas erant inducti
Hos reuocat apostolus ad veram et euan
gelicam fidem scribens per Thymo
theum eis a chorintho Capitulum primum

Paulus seruus ihesu xpi
vocatus apostolus segre
gatus in euangelium dei quod
ante promiserat per prophetas
suos in scripturis sanctis de filio
suo qui factus est ei ex semine
dauid secundum carnem qui predesti
natus est filius dei in virtute secundum
spiritum sanctificacionis ex resurrectione mortuorum
ihesu xpi domini nostri per quem accepimus
graciam et apostolatum ad obediendum
fidei in omnibus gentibus pro nomine eius
in quibus estis et vos vocati ihesu
xpi omnibus qui sunt Rome dilectis
dei vocatis sanctis Gracia vobis et pax
a deo patre nostro et domino ihesu xpo
Primum quidem gracias ago deo meo per
ihesum xpistum pro omnibus vobis quia fides
vestra annunciatur in vniuerso mundo
Testis enim michi est deus cui seruio in spiritu
meo in euangelio filij eius quod sine intermis
sione memoriam vestri facio semper in oraci
onibus meis obsecrans si quomodo
tandem aliquando prosperum iter habeam in
voluntate dei veniendi ad vos. De
sidero enim videre vos ut aliquid vo
bis impartiar gracie vobis spiritualis ad
confirmandum vos id est simul consolari
in vobis per eam que inuicem est fidem vestram
atque meam Nolo autem vos ignorare
fratres quia sepe proposui venire ad vos
et prohibitus sum vsque adhuc ut ali
quem fructum habeam in vobis sicut et in ce
teris gentibus grecis ac barbaris
sapientibus et insipientibus debitor
sum ita quod in me promptum est et vo
bis qui Rome estis euangelizare
Non enim erubesco euangelium virtus enim
dei est in salutem omni credenti Judeo
primum et greco Justicia enim dei reuela
tur in eo ex fide in fidem sicut scriptum est

Justus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam hominum eorum qui veritatem dei in iniusticia detinent quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis revelavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque eius virtus et divinitas ita ut sint inexcusabiles quia cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt sed evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes autem se esse sapientes stulti facti sunt et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentum. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immundiciam ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis qui commutaverunt veritatem dei in mendacium et coluerunt et servierunt creature potius quam creatori qui est benedictus deus in secula seculorum amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie nam femine eorum immutaverunt naturalem usum in eum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sic non probaverunt deum habere in noticia tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt repletos omni iniquitate malicia fornicacione avaricia nequicia plenos invidia homicidiis contencione dolo malignitate susurrones detractores deo odibiles contumeliosos superbos elatos inventores malorum parentibus non obedientes insipientes incompositos sine affectione absque federe sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognovissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte non solum qui ea faciunt sed eciam qui consentiunt facientibus. Capitulum 2

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum teipsum condempnas eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quoniam dei iudicium est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea quia tu effugies iudicium dei. An divicias bonitatis eius et paciencie et longanimitatis contempnis. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitenciam te adducit. Tu autem secundum duriciam tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius. Hiis quidem qui secundum pacienciam boni operis gloriam et honorem et incorrupcionem querentibus vitam eternam. Hiis autem qui ex contencione sunt et qui non acquiescunt veritati credunt autem iniquitati ira et indignacio tribulacio et angustia in omnem animam hominis operantis malum Iudei primum et Greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum Iudeo primum et Greco. Non enim est personarum accepcio apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium illis reddente consciencia ipsorum et inter se in-

vice cogitationum accusantium aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Jesum. Si autem tu Judeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem confidis teipsum esse ducem cecorum lumen eorum qui sunt in tenebris eruditorem insipientium magistrum infantium habentem formam scientie et veritatis in lege. Qui ergo alium doces teipsum non doces qui predicas non furandum furaris. Qui dicis non mechandum mecharis qui abhominaris ydola sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris per prevaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest si legem observes. Si autem prevaricator legis sis circumcisio tua preputium facta est. Si igitur preputium iusticias legis custodiat nonne preputium illius in circumcisionem reputabitur et iudicabit quod ex natura est preputium legem consummans te qui per litteram et circumcisionem prevaricator legis es. Non enim qui in manifesto Judeus est neque que in manifesto in carne circumcisio sed qui in abscondito Judeus et circumcisio cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo.

Quid ergo amplius est Judeo aut que utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt numquid incredulitas illorum fidem dei evacuavit? Absit. Est autem deus verax omnis autem homo mendax sicut scriptum est ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat quid dicemus numquid iniquus deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum. Si enim veritas dei in meo mendacio habundavit in gloriam ipsius quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor et non sicut blasphemamur et sicut aiunt nos quidam dicere faciamus mala ut veniant bona quorum dampnatio iusta est. Quid ergo precellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Judeos et Grecos omnes sub peccato esse sicut scriptum est quia non est iustus quisquam non est intelligens non est requirens deum omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione plenum est et amaritudine. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum et viam pacis non cognoverunt non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quecumque lex loquitur hiis qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem Jesu Christi super omnes qui credunt. Non enim est distinctio omnes enim peccaverunt et egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in Christo Jesu quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est Jesu Christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An

iudeorum deus tm nonne et gentium ymo
et gentium quib; deus qui iustificat cir
cumcisionem ex fide et preputium p fidem
legem ergo destruimus p fidem absit
Quid g° dicemus? sz legem statuim;
Q i venisse abraham patrem nrm
sm carnem Si g° Abraham ex opib;
legis iusti° e hz aput se gloriam
sz non aput deum Quid em scriptura
d° Credidit abraham deo et reputatum
e ad iusticiam ei Ei aut qui opat
merces non i putat sm gram sz sm
debitum Ei aut qui non opat credenti
aut i eu qui iustificat ipium repu
tat fides eius ad iusticiam sm ppositu
gre dei Sicud et d° beatitudinem hois cui
deus accepto fert iusticiam sine opib;
legis Beati quorum remisse st iniq's
et quorum tecta st pecca Beatus vir cui
non imputat dns pctm Beati dco q° h
manz i circucisione tm et i ppucio dicim;
n. quia reputata e Abrahe fides
ad iusticiam quo g° reputata e i circu
cisione an i ppucio Non in circucisione
sz i ppucio et signum accepit circumci
sionis signaculum iusticie fidei que
i ppucio ut sit pr omnium credencium
p ppucium reputetur et illis ad ius
ticiam et sit pr circumcisionis Non
his tm q st ex circumcisione sz et his
q sectant vestigia fidei que e
i ppucio pris nri Abrahe Non
n p legem pmissio abrahe aut semi
eius ut heres eet mundi sz p iusticiam
fidei Si ei q ex lege st heres tm
heredes exinanita e fides abo
lita e pmissio lex em iram opat
ubi n. non e lex nec puaricacio Ideo
ex fide ut sm gram firma sit p
missio omni semini Non ei qui ex
lege e solu sz ei etiam q ex fide
e Abrahe qui e pr omnium nrm
sicut scriptum e i gen Quia patrem
multarum gentium posui te aut deum
cui credidisti q vivificat mortu

os et vocat ea q non st tamq ea q st
Qui cont° spem i spe credidit ut fieret
pr multarum gencium qd dcm e ei sic
erit semen tuum sic stelle celi et sic
arena q e i littore maris Et non i
firmatus e i fide nec considauit corp
sum emortuum cu iam fere centu
annorum et emortua vulua sare
In repmissione et dei non hesitauit
diffidencia sz q fortatus e fide do
nas gloriam deo plenissime sciens
qz qcunq pmisit deus potens e
et facere Ideo reputatum e illi ad
iusticiam Non e scptm tm ppt ipm qz
reputatum e ei ad iusticiam sz et ppt
nos quib; reputabitur credentib;
i eum qui suscitauit dnm nrm ihm xpm
a mortuis qui traditus e ppt delic
ta nra et resurrexit ppt iustificacoz
Iustificati g° ex fide pacem
habeamus ad deum p ihm
xpm dnm nrm p q accessum
habemus p fidem i gram istam i qua
stamus et gloriam i spe glorie filiorum
dei Non solu aut sz gloriam i tri
bulacionib; sciences qd tribulacio pa
ciencias opat paciencia aut pbacoz
pbacio aut spem Spes aut non
confundit qz gra dei diffusa est i
cordib; nris p spm scm q datus
e nob Ut qd em xpc cu adhuc i
firmi essemus sm tps pimpiis mor
tuus e Uix em pro iusto qs morit
Nam pbono forsitam qs audeat
mori Comendat aut sua caritate
deus i nob Quam cu adhuc pctores es
semus xpc pro nob mortuus e Multo igitur
magis iustificati nunc i sanguie ipius
salui erimus ab ira p ipm Si em
cu i mici essemus reconciliati sumus
deo p morte filii eius multo magis
reconciliati salui erimus i vita ipius
Non solu aut sz glam i deo p dnm

nostrum ihesum christum per quem nunc reconciliationem
accepimus. Propterea sicut per unum hominem
in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum
mors et ita in omnes homines mors per-
transiit. in quo omnes peccaverunt. usque
ad legem enim peccatum erat in mundo. peccatum
autem non imputabatur cum lex non esset.
Sed regnavit mors ab adam usque
ad moysen et in eos qui non pec-
caverunt in similitudinem prevaricationis
ade qui est forma futuri. Sed non sicut
delictum ita et donum. Si enim unius delic-
to multi mortui sunt multo magis
gratia dei et donum in gratia unius hominis
ihesu christi in plures habundavit. Et non sicut
per unum peccatum ita et donum. Nam iudi-
cium ex uno in condempnationem. Gratia
autem ex multis delictis in iustificationem.
Si enim in unius delicto mors regnavit
per unum multo magis habundanciam gratie et
donationis et iusticie accipientes in
vita regnabunt per unum ihesum christum.
Igitur sicut per unius delictum in omnes homines
in iustificationem vite. Sicut enim per inobe-
dienciam unius hominis peccatores consti-
tuti sunt multi. Ita per obedienciam iusti
constituentur multi. Lex autem subintravit
ut habundaret delictum. Ubi autem
habundavit delictum superhabundavit
gratia. ut sicut regnavit peccatum in mor-
te. ita et gratia regnet per iusticiam
in vitam eternam per ihesum christum dominum
Quid ergo dicemus VI nostrum
Permanebimus in peccato ut gratia
habundet. Absit. Qui enim mortui sumus
peccato quomodo adhuc vivemus in illo.
An ignoratis quia quicumque baptizati
sumus in christo ihesu in morte ipsius
baptizati sumus. Consepulti enim sumus
cum illo per baptismum in mortem ut quomodo
resurrexit christus a mortuis per gloriam
patris ita et nos in novitate vite
ambulemus. Si enim complantati sumus
facti similitudini mortis eius simul et re-
surrectionis erimus. Hoc scientes quia
vetus homo noster simul crucifixus est ut destru-
atur corpus peccati. Et ut ultra non serviamus
peccato. Qui enim mortuus est peccato iu-
stificatus est a peccato. Si autem mortui
sumus cum christo credimus quia simul eciam
vivemus cum illo. Scientes quod christus
surgens ex mortuis iam non moritur
mors ultra illi non dominabitur. Quod
enim mortuus est peccato mortuus est semel.
Quod autem vivit vivit deo. Ita et vos
existimate vos quidem mortuos
esse peccato viventes autem deo in christo
ihesu domino nostro. Non ergo regnet peccatum
in vestro mortali corpore ut obe-
diatis concupiscenciis eius. Sed neque ex-
hibeatis membra vestra iniquitatis
peccato. Sed exhibete vos deo tamquam
ex mortuis viventes et membra vestra
arma iusticie deo. Peccatum enim in vobis
non dominabitur. Non enim sub lege estis
sed sub gratia. Quid ergo peccabimus
quoniam non sumus sub lege sed sub gratia. Ab-
sit. Nescitis quoniam cui exhibu-
istis vos servos ad obediendum servi
estis eius cui obeditis sive peccati
ad mortem sive obedicionis ad iu-
sticiam. Gratias autem ago deo quod fuistis
servi peccati. obedistis autem ex corde
in eam formam doctrine in qua traditi
estis. Liberati autem a peccato servi facti iu-
sticie. Humanum dico propter infirmitatem
carnis vestre. Sicut enim exhibuistis
membra vestra servire immundicie et ini-
quitati ad iniquitatem. Ita et nunc ex-
hibete membra vestra servire iusticie
in sanctificationem. Cum enim servi essetis peccati
liberi fuistis iusticie. Quem ergo
fructum habuistis tunc in quibus nunc
erubescitis. Nam finis illorum mors
est. Nunc vero liberati a peccato servi autem
facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationem
finem vero vitam eternam. Stipendium
peccati mors est. Gratia autem dei vita

etna i xpo ihu dno nro
An ignoratis fres scientib9 eni
legez loqr qr lex i homie
dnat qnto tpe viuit Itaq sub
viro e mlr viuete viro alliga
taez legi Si aut mortu9 fuit
vir ei9 libata e a lege viri ut
no sit adulta si fuit cu alio vio
Itaqz fres mei z vos mortificati
estis legi p corp9 xi ut sitis alti9 q
ex mortuis resurrexit / ut fructi
ficem9 deo Cu eni eem9 i carne
passiones pctoꝝ que p legem
erat opabant i mebris nris
ut fructificaret morti Nuc
soluti sum9 a lege mortis i qua
detinebam Ita ut suiam9 i noui
tate spus z no i vetustate litte
Quid g° dicem9 lex pccm e absit
Sz pccm no cognoui nisi p lege
Nam concupiscenciaz nesciebaz nisi
lex diceret No concupisces Occasio
ne accepta pccm opatu e i me
p mandatu omez concupiscenciaz Sine lege
n' pccm mortuum erat Ego aut
viuebam sine lege aliqn Sz cu ve
nisset madatu pccm reuixit Ego
mortu9 sum z iuentu e m mandatu
qd erat ad vita hoc e ad morte
Na pccm occasione accepta p
madatu seduxit me z p id occidit
Itaqz lex quidez sca z madatu
scm z iustu z bonu Qd g° bonu
e m fcm e mors Absit Sz pccm
ut appeat pccm p bonu opatu
e morte ut fiat supra modu pccans
pccm p madatu Scim9 eni qz
lex spual e Ego aut carnal
sum
venudat9 sub pcco Qd ei opor
no intelligo No e qd volo bonu
hoc ago sz qd odi id facio Consentio
legi qm bona e Nuc aut iam
no ego opor opor illud sz qd
hitat i me pccm Scio e qz no

hitat i me hoc e i carne mea
bonu Na velle adiacz m p ficere
aut bonu no m venio No eni
qd volo bonu hoc facio sz qd volo
malu hoc facio Si ei qd nolo illud
facio no ego opor id Sz qd hitat
i me pccm Inuenio igr legem
volenti m facere bonu qm m malu
adiacz Cu delector eni legi di sm
interiorem hoiem Video aut aliam
lege i mebris meis repugnante
legi mentis mee z captiuate me
i lege pcti q e i mebris meis
Infelix ego hō quis me libabit
de corpe mortis hui9 Gra dei p
ihm xpm dnm nrm Igr ego ipe
mete suio legi dei carne aut
Nichil g° nuc viij legi pcti
ndapnacois e hys qui st
i xpo ihu qui no sm carne am
bulat Lex eni spus vite i xpo
libauit me a lege pcti z mortis
Na qd i possibile erat legi i q°
i firmaba p carne deus filiu suu
mittes i silitu carnis pcti / et
de pcto dapnat pccm i carne vbi
iustificacio legis i plet i nob
qui no sm carne ambulam9 sz
sm spm Qui eni sm carne st
q carnis st sapiut Qui no sm
spm q spus st senciut Na pru
dencia carnis mors e prudecia
aut spus vita z pax Qm sapia
carnis inimica e deo Legi eni di
no e subiecta n' eni pt Qui
aut in carne st deo placere n put
Vos aut i carne no estis sz i spu
Siqd spus dei hitat i vob Si
quis aut spm xi no hz is no e
eius Si aut xps i vob e corp9
quidz mortuuz ppter pccm spus
quidz viuit ppter iustificacōz Qd si
spus ei9 qui suscitauit ihm xpm
a mortuis hitat i vob viuifi

cabit mortalia corpora vestra propter inhabitan-
tem spiritum eius in vobis. Ergo de-
bitores sumus non carni ut secundum
carnem vivamus. Si enim secundum carnem
vixeritis moriemini. Si autem spiritu
facta carnis mortificaveritis vivetis.
Quicumque enim spiritu dei aguntur hii filii
dei sunt. Non enim accepistis spiritum servi-
tutis iterum in timore sed accepistis
spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater. Ipse enim spiritus spiritui nostro
testimonium reddit quod sumus filii dei.
Si autem filii et heredes. heredes quidem
dei coheredes autem Christi. Si tamen compatimur ut et
conglorificemur. Existimo enim quod non
sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revelabitur in
nobis. Nam expectatio creature revelationem
filiorum dei expectat. Vanitati
enim creatura subiecta est non volens sed
propter eum qui subiecit in spe. Quia et ipsa
creatura liberabitur a servitute corruptionis
in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim quod
omnis creatura ingemiscit et parturit
usque adhuc. Non solum autem illa sed
et nos ipsi primitias habentes spiritus
et ipsi intra nos gemimus adoptionem
filiorum dei expectantes redemptionem
corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus.
Spes autem que videtur non est spes. Nam
quod videt quis quid sperat. Si autem quod
non videmus speramus per patientiam ex-
pectamus. Similiter autem et spiritus adiuvat in-
firmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet
nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui
autem scrutatur corda scit quid desideret
spiritus quia secundum deum postulat pro sanctis.
Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum hiis qui secundum
propositum vocati sunt sancti. Nam quos
prescivit et predestinavit conformes

fieri ymaginis filii eius ut sit ipse primo-
genitus in multis fratribus. Quos autem
predestinavit hos et vocavit et quos
vocavit hos et iustificavit. Quos autem
iustificavit illos et magnificavit. Quid
ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis quis
contra nos? Qui etiam filio suo non
pepercit sed pro nobis omnibus tradidit
illum, quomodo non et cum illo omnia nobis
donavit? Quis accusabit adversus
electos dei? Deus qui iustificat. Quis
est qui condempnet? Christus Ihesus qui
mortuus est immo qui et resurrexit
qui est ad dexteram dei qui et
interpellat pro nobis. Quis ergo se-
parabit nos a caritate Christi? tribulatio
an angustia, an fames, an nu-
ditas, an persecutio, an periculum,
an gladius? Sicut scriptum est quia propter te
mortificamur tota die estimati
sumus sicut oves occisionis. Sed in
hiis omnibus superamus propter eum qui
dilexit nos. Certus sum enim quia neque
mors neque vita, neque angeli, neque
principatus, neque virtutes, neque instantia
neque futura, neque fortitudo, neque altitudo
neque profundum, neque creatura aliqua
poterit nos separare a caritate dei
que est in Christo Ihesu domino nostro. ix

Veritatem dico in Christo non mentior
testimonium michi perhibente conscientia
mea in spiritu sancto quoniam tristitia est michi
magna et continuus dolor cordi meo.
Optabam enim ego anathema esse
a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati
mei secundum carnem qui sunt israelite quorum
adoptio est filiorum et gloria et tes-
tamentum et legislatio et obsequium
et promissa quorum patres ex quibus Christus
secundum carnem qui est super omnia deus bene-
dictus in secula amen. Non autem quod ex-
ciderit verbum dei. Non enim omnes qui

ex ysrael hii sunt ysraelite neque qui semen sunt abrahe omnes filii sunt abrahe Sed in ysaac vocabitur tibi semen et non qui filii carnis sed qui filii sunt dei promissionis estimantur in semine promissionis enim verbum hoc est secundum hoc tempus veniam ad te et erit Sare filius Non solum autem illa sed et rebecca ex vno concubitu habens ysaac patris nostri Cum non dum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali ut secundum electionem dei maneret propositum ex operibus sed ex voluntate vocantis dictum est ei quia maior seruiet minori sicut scriptum est Jacob dilexi esau autem odio habui Quid ergo dicemus Numquid iniquitas apud deum absit Moysi enim dicit Miserebor cui misereor et misericordiam prestabo cuius miserebor Igitur non volentis neque currentis sed miserentis est dei Dicit enim scriptura pharaoni Quia in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te virtutem meam et annuncietur nomen meum in vniuersa terra Ergo cuius vult miseretur et quem vult indurat Dicis itaque mihi Quid adhuc queritur voluntati enim eius quis resistit O homo tu quis es qui respondeas deo Numquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me fecisti sic An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud in contumeliam Quod si volens deus ostendere iram suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum ut ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriam quos et vocauit non solum ex iudeis sed et ex gentibus Sicut in Osee dicit vocabo non plebem meam plebem meam non dilectam mea dilectam et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam Et erit in loco vbi dictum est eis non plebs mea vos ibi vocabuntur filii dei viui Ysaias autem clamat pro ysrael Si fuerit numerus filiorum ysrael tamquam arena maris reliquie salue fient verbum enim consummans et abbreuians in equitate quia verbum breuiatum faciet dominus super terram Et sicut predixit ysaias Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen sicut sodoma facti fuissemus et sicut gomorra similes essemus Quid ergo dicemus Quod gentes que non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam Iusticiam autem que ex fide est Ysrael vero sectando legem iusticie in legem iusticie non peruenit Quare quia non ex fide sed quasi ex operibus Offenderunt enim in lapidem offensionis et petram scandali sicut scriptum est Ecce pono in syon lapidem offensionis et petram scandali et omnis qui credit in eum non offenditur

Capitulum X

Fratres voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit pro illis in salutem Testimonium enim perhibeo illis quod emulacionem dei habent Sed non secundum scientiam Ignorantes enim dei iusticiam et suam querentes statuere iusticie dei non sunt subiecti Finis enim legis christus ad iusticiam omni credenti Moyses enim scripsit quoniam iusticiam que ex lege est qui fecerit homo viuet in ea Que autem ex fide est iusticia sic dicit Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in celum id est christum reducere aut quis descendit in abissum id est christum ex mortuis reuocare Sed quid dicit scriptura Prope est verbum in ore tuo hoc est verbum fidei quod predicamus Quia si confitearis dominum ihesum in ore tuo et in corde tuo credideris quod deus suscitauit illum a mortuis saluus eris Corde enim creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem Dicit enim scriptura Omnis qui credit in eum non confundetur Non est enim distinctio greci et iudei Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuo

cant illum. Omnis enim quicumque invocaverit
nomen eius salvus erit. Quomodo ergo
invocabunt eum in quem non crediderunt?
Aut quomodo credent ei quem non audie-
runt? Quomodo autem audient sine praedicante?
Quomodo vero praedicabunt nisi mittantur?
Sicut scriptum est: Quam speciosi pe-
des evangelizantium pacem, evangelizantium bona.
Sed non omnes obediunt evangelio. Ysaias
enim dicit: Domine, quis credidit auditui
nostro? Ergo fides ex auditu, auditus
autem per verbum Dei. Sed dico: numquid non
audierunt? Et quidem in omnem terram
exivit sonus eorum et in fines orbis terrae
verba eorum. Sed dico: numquid Israel non cognovit?
Primus Moyses dicit: Ego ad aemulationem
vos adducam in non gentem, in gentem
insipientem in iram vos mittam. Ysaias
autem audet et dicit: Inventus sum a non quae-
rentibus, palam apparui his qui me
non interrogabant. Ad Israel autem dicit:
Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem et contradicentem.
Dico ergo: numquid repulit Deus populum
suum? Absit. Nam et ego Israelita
sum ex semine Abraham, de tribu Be-
niamin. Non repulit Deus plebem
suam quam praescivit. An nescitis in Helia
quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat
Deum adversum Israel? Domine, prophetas tuos
occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego
relictus sum solus, et quaerunt animam meam.
Sed quid dicit illi divinum responsum? Reliqui
mihi septem milia virorum qui non
curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo
et in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae
salvae factae sunt. Si autem gratia, iam non
ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.
Quid ergo? Quod quaerebat Israel, hoc non est conse-
cutus; electio autem consecuta est, ceteri vero
excaecati sunt. Sicut scriptum est: Dedit
illis Deus spiritum compunctionis, oculos
ut non videant et aures ut non

audiat usque ad hodiernum diem. Et David dicit:
Fiat mensa eorum in laqueum et in captionem
et in scandalum et in retributionem illis. Ob-
scurentur oculi eorum ne videant, et dor-
sum eorum semper incurva. Dico ergo: numquid sic
offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum
delicto salus gentibus facta est ut illos
aemulentur. Quod si delictum eorum divitiae
sunt mundi et diminutio eorum divitiae gentium,
quanto magis plenitudo eorum? Vobis autem
dico gentibus: quamdiu ergo quidem ego
sum gentium apostolus, ministerium meum
honorificabo, si quomodo provocem car-
nem meam ad aemulandum ut salvos
faciam aliquos ex illis. Si enim amissio
eorum reconciliatio est mundi, quae
assumptio nisi vita ex mortuis? Quod
si delibatio sancta est, et massa. Et si
radix sancta, et rami. Quod si aliqui ex
ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster
esses insertus es in eis et socius radicis
et pinguedinis olivae factus es, noli
gloriari adversus ramos. Quod si gloria-
ris, non tu radicem portas sed radix te.
Dices ergo: fracti sunt rami ut ego
insererer. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt;
tu autem fide stas. Noli altum sapere
sed time. Si enim Deus naturalibus ramis
non pepercit, ne forte nec tibi parcat.
Vide ergo bonitatem Dei et severitatem: in
eos quidem qui ceciderunt severitatem,
in te autem bonitatem Dei, si permanseris
in bonitate; alioquin et tu excideris. Sed et
illi, si non permanserint in incredulitate, in-
serentur; potens est enim Deus iterum inserere il-
los. Nam si tu ex naturali excisus es olea-
stro et contra naturam insertus es in bonam
olivam, quanto magis hi secundum naturam in-
serentur suae olivae. Nolo enim vos igno-
rare, fratres, misterium hoc, ut non sitis vobis
ipsis sapientes, quia caecitas ex
parte contigit in Israel, donec plenitudo
gentium intraret, et sic omnis Israel

plus fieret sicud scriptum est Veniet ex
syon qui eripiat et auertat impietatem
a iacob Et hoc illis a me testamen
tum cum abstulero peccata eorum Secundum ewangelium
quidem inimici propter vos Secundum electionem
autem karissimi propter patres Sine penitencia
enim sunt dona et vocacio dei Sicut enim
aliquando et vos non credidistis deo nunc
autem misericordiam consecuti estis propter incre
dulitatem eorum Ita et isti nunc non cre
diderunt in misericordiam ut et ipsi misericordiam
consequantur Conclusit enim deus omnia
in incredulitate ut omnium misereatur
O altitudo diuiciarum sapiencie et
sciencie dei quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et inuestigabiles vie
eius. Quis enim cognouit sensum
domini. aut quis consiliarius eius fuit
aut quis prior dedit illi et retribuetur
ei Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia ipsi gloria in secula seculorum Amen
Obsecro vos itaque fratres per
misericordiam dei exhibeatis corpora
vestra hostiam viuentem sanctam deo pla
centem racionabile obsequium vestrum Et
nolite conformari huic seculo sed re
formamini in nouitate sensus vestri. ut pro
betis que sit voluntas dei bona et bene
placens et perfecta Dico enim per graciam
que data est michi omnibus qui sunt inter
vos/ non plus sapere quam oportet sed sapere
ad sobrietatem et unicuique sicut deus diui
sit mensuram fidei Sicut in vno corpore
multa membra habemus omnia autem membra
eundem actum habent Ita multi vnum
corpus sumus in christo Singuli autem alter
alterius membra pertinentes Habentes autem
donaciones secundum graciam que data est
nobis Differentes Siue prophetiam secundum
racionem fidei. siue ministerium in ministrando
siue qui docet in doctrina Qui ex
hortatur in exhortando Qui tribuit
in simplicitate qui preest in sollicitudine qui
miseretur in hylaritate Dilectio sine

simulacione odientes malum adherentes
bono caritate fraternitatis inuicem dili
gentes honore inuicem preuenientes
sollicitudine non pigri spiritu feruentes Spe
gaudentes in tribulacione pacientes
Oracioni instantes necessitatibus sanctorum co
municantes hospitalitatem sectantes
Benedicite persequentibus vos Benedicite
et nolite maledicere Gaudete cum gau
dentibus flete cum flentibus idipsum se
ntientes Non alta sapientes sed humili
bus consencientes Nolite esse prudentes
apud vosmetipsos nulli malum pro
malo reddentes. prouidentes bona non
tantum coram deo. sed et coram omnibus hominibus
pacem habentes Non vosmetipsos de
fendentes karissimi sed date locum ire
Scriptum est enim michi vindictam et ego retri
buam dicit dominus Sed si esurierit inimicus
tuus ciba illum Si sitit potum da illi
hoc enim faciens carbones ignis super
capud eius Noli vinci a malo sed
vince in bono malum xiii cap
Omnis anima potestatibus sublimioribus
subdita sit Non est enim potestas
nisi a deo Que autem sunt a deo ordinata
sunt Itaque qui resistit potestati dei ordi
nacioni resistit/ qui autem resistunt ipsi
sibi dampnacionem acquirunt Nam principes
non sunt timori boni operis sed mali Vis
autem non timere potestatem bonum fac et
habebis laudem ex ea Dei enim minister
est tibi in bonum Si autem malefeceris
time Non enim sine causa gladium por
tat Dei enim minister est vindex in ira
ei qui malum agit Ideo necessitati sub
diti estote non solum propter iram sed et propter
consciencias Ideo enim et tributum prestatis
Ministri enim dei sunt in hoc ipsum serui
entes Reddite ergo omnibus debita Cui tri
butum tributum cui vectigal vec
tigal. cui timorem timorem cui
honorem honorem Nemini quicquam
debeatis nisi ut inuicem diligatis

Qui enim diligit proximum legem imple
vit. Non adulterabis non occides non
furaberis non falsum testimonium dices
non concupisces rem proximi tui Et si
quod aliud mandatum in hoc verbo instau
ratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum
Dilectio proximi malum non operatur ple
nitudo ergo legis est dilectio Et hoc
scientes quia hora est iam nos de somp
no surgere Nunc enim propior est nostra sa
lus quam cum credidimus Nox precessit
dies autem appropinquabit Abiciamus ergo
opera tenebrarum et induamur arma lu
cis Sicut in die honeste ambulemus
Non in comessationibus et ebrietatibus
non in cubilibus et impudiciciis non in con
tencione et emulacione sed induite dominum
Ihesum Christum Et carnis curam ne
feceritis in desideriis Cap xiiii

Infirmum autem in fide assumite non in
disceptacionibus cogitacionum
Alius enim credit manducare omnia
qui autem infirmus est olus manducet Is qui
manducat non manducantem spernat
Et qui non manducat manducantem
non iudicet Deus enim illum assumpsit
Tu quis es qui iudicas alienum
servum Suo domino stat aut cadit Sta
bit autem potens est enim deus statuere
illum Nam alius iudicat diem inter diem
alius autem iudicat omnem diem Unus
quisque in suo sensu habundet Qui sapit
diem domino sapiat Et qui manducat
domino manducat Gratias enim agit
deo Et qui non manducat domino non
manducat Nemo enim nostrum sibi vivit
et nemo sibi moritur Sive enim vivimus
sive morimur domino morimur Sive ergo
vivimus sive morimur domini sumus In hoc
enim Christus mortuus est et resurrexit ut
et vivorum et mortuorum dominetur Tu autem
quid iudicas fratrem tuum aut tu
quare spernis fratrem tuum Omnes enim sta
bimus ante tribunal dei Scriptum est

enim Vivo ego dicit dominus quoniam mihi flectetur
omne genu et omnis lingua confite
bitur deo Itaque unusquisque nostrum
pro se rationem reddet deo Non ergo amplius
invicem iudicemus sed hoc iudicate
magis ne ponatis offendiculum fratri
vel scandalum Scio et confido in domino
Ihesu quia nichil commune per ipsum nisi ei qui
existimat quid commune esse illi commune est
Si enim propter cibum frater tuus contristatur
iam non secundum caritatem ambulas Noli
cibo tuo illum perdere pro quo Christus
mortuus est Non ergo blasphemetur
bonum nostrum Non est enim regnum dei
esca et potus sed iusticia et pax et
gaudium in spiritu sancto Qui enim in hoc
servit Christo placet deo et probatus est
hominibus Itaque que pacis
sunt sectemur Et que edificacionis
sunt in invicem custodiamus
Noli propter escam destruere
opus dei Omnia quidem
munda sunt sed malum est homini qui per
offendiculum manducat Bonum
est non manducare carnem et non bi
bere vinum neque in quo frater tuus of
fenditur aut scandalizatur aut
tionis spiritus sancti, quem effudit in nos
habunde per ihesum christum salvatorem nostrum,
ut iustificati gratia ipsius heredes simus
secundum spem vite eterne. Fidelis sermo
est, et de hiis volo te confirmare, ut cu-
rent bonis operibus preesse qui credunt
deo. Hec sunt bona et utilia hominibus.
Stultas autem questiones et genealogias
et contentiones et pugnas legis de-
vita. Sunt enim inutiles et vane. He-
reticum hominem post unam et secundam cor-
reptionem devita, sciens quia subversus
est qui huiusmodi est, et delinquit, cum sit
proprio iudicio condempnatus. Cum mi-
sero ad te Arthemam aut Tychicum,
festina ad me venire Nicopolim;
ibi enim statui hyemare. Zenam
legisperitum et Apollo sollicite pre-
mitte, ut nichil illis desit. Discant
autem et nostri bonis operibus preesse
ad usus necessarios, ut non sint in-
fructuosi. Salutant te qui mecum
sunt omnes. Saluta qui nos amant
in fide. Gratia dei cum omnibus vobis.
Phylomeni familiares ame-
nas litteras facit pro Onesimo
servo eius. Scribit autem ei ab urbe
Romana de carcere.

Paulus vinctus christi ihesu et Thymo-
theus frater Phylomoni fratri dilecto
et adiutori nostro et Appie sorori karissime et
Archippo commilitoni nostro et ecclesie que
in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo
patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo
meo semper memoriam tui faciens in orationibus
meis, audiens caritatem tuam et fidem
quam habes in domino ihesu et in omnes sanctos,
ut communicatio fidei tue evidens fiat in
agnitione omnis boni in christo ihesu. Gau-
dium enim magnum habui et consolationem in
caritate tua, quia viscera sanctorum requieverunt
per te frater. Propter quod multam fiduciam habens
in christo ihesu imperandi tibi quod ad rem
pertinet, propter caritatem magis obsecro,
cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem
et vinctus ihesu christi. Obsecro pro meo filio
quem genui in vinculis, Onesimo, qui
tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et tibi
et michi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum
ut mea viscera suscipe. Quem ego vo-
lueram mecum detinere, ut pro te michi
ministraret in vinculis evangelii. Sine
autem consilio tuo nichil volui facere, ut
ne velut ex necessitate bonum tuum esset,
sed voluntarium. Forsitan enim ideo di-
scessit ad horam a te ut eternum illum
reciperes, iam non ut servum sed plus servo,
karissimum fratrem, maxime michi, quanto autem
magis tibi et in carne et in domino. Si ergo
habes me socium, suscipe illum sicut me.
Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc michi
imputa. Ego Paulus scripsi mea ma-
nu, ego reddam, ut non dicam tibi quod et te
ipsum michi debes. Ita frater, ego te fruar
in domino; refice viscera mea in domino. Con-
fidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens
quoniam et super id quod dico facies. Simul autem
et para michi hospitium, nam spero per orationes
donari me vobis. Salutat vos Epa-
phras concaptivus meus in christo ihesu,
Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas

adiutores mei. Gra dni mi ihu xpi cu
spu vro Amen
Imprimis dicendu e igit cur apls
paul. i hac epla scribendo no
suauit more n vocabulu nois sui
ue ordinis scbet dignit. Hec e ca
q ad eos scbens qui ex circucisione
crediderat qs gentiu aplus et non
hebreoz. Sciens eoz supbia coz
sua q hulitatem ipe demrans meriti
officiu sui noluit. In fre na simili
mo Johes ap. p hulitate in epla
sua nome suu eade roe no ptulit.
Hac g° eplam fert apls ad hebre
os co scriptam hebrayca lingwa mi
sisse cui sensu et ordine tenes euuangelista
lucas pt excessu bti pauli greco
smone compilauit.
Multiphariie multis q mois
olym deus loqns pribus
in pphis nouissie i diebus
istis loqutus e nob i filio que co
stituit heredem vniusoz p que fecit
et scla. Qui cu sit splendor glie et
figura sbe ei portas q oia vbo
vtuti sue purgatoz pctoz faciens
sz ad dexteram maiestatis in excelsis
tanto melior anglis effitus quato
differencius pillis nome hereditauit. Cui
eni dixit aliqn angloz Filius meus
es tu ego hodie genui te. Et rursu
sii. Ego ero illi in prem et ipe mi
i filiu. Et cu itru i troducit primo
genitu i orbem tre dicit Et adorent
eu oms angli ei. Et ad anglos q
dem dicit Qui facit anglos suos spc
et ministros suos flama ignis. Ad fi
liu aut Thronus tuus deus i sclm
sch et vga equitatis vga regni tui.
Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem
propterea vnxit te deus deus tuus oleo
exultacionis p participibus tuis.
Et tu i principio dne terram fundasti
et opa manuu tuaz sut celi. Ipi pe
ribut tu aut pmanebis et oms vt

vestimentum veterascent. Et velut amictu
mutabis eos et mutabunt tu aut
idem ipe es et anni tui no deficient.
Ad quem anglorum dixit aliqn Se
de a dextris meis q° ad usqz po
na i micos tuos scabellu pedu
tuoz. Nonne oms sut admistrato
rii spus i ministerium missi ppt eos
qui hereditate capient salutis.
Propterea habundanc° oz obs
uare nos ea q audiuimus
ne forte pca effluamus. Si eni
qui p anglos dcus e sermo factus
e firmus et omnis pvaricacio et i obe
diencia accepit iusta mercedem re
tribucionis quo nos effugiemus si
tantam neglexerimus salutem. Que
cu inicium accepisset enarrari p
dnm ab eis qui audierut i nos
co firmata e. Contestante deo signis
et portentis et variis vtutibus et spus
sci distribucionibus sm sua volute.
Non n. anglis subiecit deus orbem
tre futuru de quo loqmur. Testatus
e aut i quoda quis dicens. Quid
e homo q memor es ei aut filius
hois qm visitas eu. Minuisti eu
paulominus ab anglis gla et honore
coronasti eu et co stituisti eu sup
opa manuum tuaz. Omnia subiecisti
sub pedibus ei. In eo n. q ei omnia subiecit nil
dimisit no subiectu ei. Nunc aut
nec du oia subiecta ei videmus. Eu aut qui
modico q angli minoratus est
Videmus ihm ppt passioz mortis
gla et honore coronatu ut gra dei p
omnibus gustaret morte. Decebat
eni eu ppt q omnia et p que omnia
qui multos filios i glam adduxe
rat auctore salutis eoz p passi
ones co summari. Qui eni scificat
et qui scificant ex vno oms ppt qua
cam no cofunditur fres eos vocare
dicens Annunciabo nomen tuu fribus
meis i medio eccie laudabo te.
Et iterum Ego co fidens i eu. Et iterum

ter ego et pueri mei quos dedit michi de-
us. Quia ergo pueri communicaverunt carni et
sanguini et ipse similiter participavit eis-
dem ut per mortem destrueret eum qui
habebat mortis imperium i. dyabolum et libe-
raret eos qui timore mortis per to-
tam vitam obnoxii erant servituti.
Nusquam enim angelos apprehendit sed
semen Abrahe apprehendit. Unde de-
buit per omnia fratribus similari ut miseri-
cors fieret et fidelis pontifex ad
deum ut repropiciaret delicta populi. In
eo enim in quo passus ipse est et temp-
tatus potens est et eis qui temptantur auxiliari.
Unde fratres sancti vocacionis
celestis participes consi-
derate apostolum et pontificem confessio-
nis nostre Ihesum qui fidelis est ei qui
fecit illum sicut et Moyses in omni do-
mo illius. Ampliorem enim glorie iste
pre Moyse dignus habitus est quanto am-
pliorem honorem habet domus qui fa-
bricavit illam. Omnis namque domus
fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia
creavit deus. Et Moyses quidem fidelis
erat in tota domo eius tamquam famu-
lus in testimonium eorum que dicenda erant.
Christus vero tamquam filius in domo
sua que domus sumus nos si fidu-
ciam et gloriam spei usque ad finem firmam
retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus
Hodie si vocem eius audieritis no-
lite obdurare corda vestra sicut
in exacerbacione secundum diem temptacionis
in deserto ubi temptaverunt me patres
vestri probaverunt et viderunt opera mea
quadraginta annis. Propter quod offensus
fui generacioni huic et dixi semper hii
errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias
meas quibus iuravi in ira mea si
introibunt in requiem meam. Videte
fratres ne in aliquo vestrum forte sit cor
malum incredulitatis discedendi a
deo vivo sed adhortamini vosmet
ipsos per singulos dies donec hodie
cognominatur ut non obduretur
quis ex vobis fallacia peccati. Participes
enim Christi effecti sumus si tamen inicium substancie eius
usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur
Hodie si vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra quemadmodum in
illa exacerbacione. Quidam enim audientes
exacerbaverunt sed non universi qui profecti sunt
ab Egipto per Moysen. Quibus autem
offensus fuit quadraginta annis. Nonne
illis qui peccaverunt quorum cadavera
prostrata sunt in deserto. Quibus autem iu-
ravit non introire in requiem ipsius
nisi illis qui increduli fuerunt. Et videmus
quia non potuerunt introire in requiem
ipsius propter incredulitatem.
Timeamus ergo ne forte relicta
pollicitacione introeundi in re-
quiem eius existimetur aliquis ex vobis
deesse. Etenim nobis nunciatum est quemad-
modum et illis. Sed non profuit illis sermo
auditus non admixtus fidei ex hiis
que audierunt. Ingrediemur enim in re-
quiem qui credidimus quemadmodum dix-
it. Sicut iuravi in ira mea si intro-
ibunt in requiem meam. Et quidem operi-
bus ab institucione mundi perfectis. Dixit
enim quodam loco de die septima
ab omnibus operibus suis. Et in isto rur-
sus si introibunt in requiem meam. Quoniam
ergo superest quosdam introire in illam et
hii quibus prioribus annunciatum est
non introierunt propter incredulitatem.
Iterum terminat diem quendam hodie in David
dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est
Hodie si vocem eius audieritis noli-
te obdurare corda vestra. Nam si eis
Ihesus requiem prestitisset numquam de alia
loqueretur postea hac die. Itaque relinquitur
sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus
est in requiem eius et ipse requievit
ab operibus suis sicut a suis deus. Festi-
nemus ergo ingredi in illam requiem ut
ne in idipsum quis incidat incredu-
litatis exemplum. Vivus enim est sermo
dei et efficax et penetrabilior omni

gladio ancipiti pertinges usque ad di
visionem anime ac spiritus compagum quoque et
medullarum et discretor cogitationum
et intentionum cordis et non est ulla cre
atura invisibilis in conspectu eius omnia
autem nuda et aperta sunt oculis eius ad quem
nobis sermo habentes ergo pontificem
magnum qui penetravit celos
Ihesum filium dei teneamus spei nostre
confessionem non enim habemus pontificem
qui non possit compati infirmita
tibus nostris temptatum autem per omnia
pro similitudine absque peccato adeamus ergo
cum fiducia ad thronum gracie ut con
sequamur misericordiam et graciam inveniamus
in auxilio oportuno

Omnis namque pontifex ex hominibus
assumptus pro hominibus constituitur in
hiis que sunt ad deum ut offerat dona
et sacrificia pro peccatis qui condolere possit
hiis qui ignorant et errant quoniam et
ipse circumdatus est infirmitate et propterea
debet quemadmodum et pro populo ita et pro se
metipso offerre pro peccatis nec quisquam sumit
honorem sibi sed qui vocatur a deo
tamquam aaron sic et christus non se
metipsum clarificavit ut pontifex
fieret sed qui locutus est ad eum filius
meus es tu ego hodie genui te
quemadmodum et in alio loco dicit tu es sa
cerdos in eternum secundum ordinem melchisedech qui
in diebus carnis sue preces supplica
cionesque ad eum qui possit salvum
illum a morte facere cum clamore va
lido et lacrimis offerens exauditus
est pro sua reverencia et quidem cum
esset filius dei didicit ex hiis que
passus est obedienciam et consummatus factus
est omnibus obtemperantibus sibi causa
salutis eterne appellatus a deo pon
tifex iuxta ordinem melchisedech
De quo grandis sermo nobis sermo
et interpretabilis ad dicendum quoniam im
becilles facti estis ad audiendum et enim
cum deberetis esse magistri propter tempus rur
sum indigetis ut doceamini que sint ele
menta exordii sermonum dei et facti
estis quibus lacte opus sit non soli
do cibo omnis enim qui lactis est
particeps expers est sermonis iusticie
parvulus enim est perfectorum autem est solidus
cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos
habent sensus ad discrecionem boni ac mali

Quapropter intermittentes inchoa
tionis christi sermonem ad perfectionem
feramur non rursum iacientes fun
damentum penitencie ab operibus mortuis
et fidei ad deum baptismatum doctrine
inposicionis quoque manuum ac resurrectionis
mortuorum et iudicii eterni et hoc
faciemus siquidem permiserit deus impo
ssibile est enim eos qui semel sunt illu
minati gustaverunt et donum celeste
et participes facti sunt spiritus sancti gustaverunt
nichilominus bonum dei verbum virtutesque
seculi venturi et prolapsi sunt renovari
rursus ad penitenciam rursum cruci
figentes sibimetipsis filium dei et
ostentui habentes terra enim veni
entem super se sepe bibens imbrem
et generans herbam oportunam illis a quibus
colitur accipit benediccionem a deo
proferens autem spinas ac tribulos re
proba est et maledicto proxima cuius
consummacio in combustionem confidimus
autem de vobis dilectissimi meliora et
viciniora saluti tamquam sic ita
loquamur non enim iniustus est deus
ut obliviscatur operis vestri et dilectionis
quam ostendistis in nomine ipsius qui
ministrastis sanctis et ministratis
cupimus autem unumquemque vestrum eandem
ostentare sollicitudinem ad expletionem
spei usque in finem ut non
segnes efficiamini verum imitato
res eorum qui fide et paciencia heredita
bunt promissiones abrahe namque

pmittes deus qm neminem hūit p
quē iuraret maiore iuravit p se
metipm dicēs nisi bndicēs bndi
cam te et multiplicās multiplicabo te
Et sic longanimit ferens adeptus ē
repromissionē Homines enim pmaio
rem sui iurant Et omnis contro
uersie eorum finis ad confirmacionē ē
iuramentum in quo habundancius volēs
deus ostendere pollicitacionis
heredibus immobilitatē consilii sui inter
posuit iusiurandum ut p duas res
immobiles quibus impossibile est
mentiri deū fortissimū solaciū habeamus
qui confugimus ad tenendū ꝓpositā
spem quā sicut anchorā hēmus anime
tutam ac firmā et incedentē usque
ad interiora velaminis ubi p
cursor pro nobis introivit ihūs sm̄ ordi
nem melchisedech pontifex factus

Hic enim melchisedech rex
rex salem sacerdos dei summi
qui obviavit abrahe regresso
a cede regum et bndixit ei cui
decimas omnium divisit abraham
pmū quidem qui interp̄tatur rex iusticie
Deinde autem et rex salem quod ē rex
pacis sine patre sine matre sine
genealogia neque inicium dierum neque finē
vite habens assimilatus autem filio dei
manet sacerdos in eternum Intuemini
autem quantus sit hic cui et decimas
dedit de precipuis abraham patri
archa Et quidem de filiis levi
sacerdocium accipientes mandatum
hūit decimas sumere a ppl'o i a fra
tribus suis tamquam et ipsi exierint de
lumbis abrahe Cuius autem gene
ratio non annumeratur in eis decimas sumpsit
abraham et hunc qui habebat re
promissiones bndixit Sine autem
ulla contradictione quod minus ē a melio
re bndicitur Et hic quidem decimas
morientes homines accipiunt ibi

autem contestatur quia vivit et ut et
ita dicam sit p abraham et levi qui
decimas accepit decimatus ē Adhuc
enim in lumbis patris erat quando obviavit
ei melchisedech Si ergo consummacio
p sacerdocium leviticum erat ppls
enim sub ipso legem accepit quid
adhuc necessarium fuit sm̄ ordinem mel
chisedech alium surgere sacerdotem
et non sm̄ ordinem aaron dici Translato enim
sacerdocio necesse ē ut et legis transla
cio fiat In quo enim hec dicuntur de alia
tribu ē de qua nullus altario presto
fuit Manifestum ē enim quod ex iuda
ortus sit dns noster in qua tribu nichil
de sacerdotibus moyses locutus est
Et amplius adhuc manifestum est
sm̄ ordinem melchisedech exsur
rexisse alius sacerdos qui non sm̄
legem mandati carnalis factus est sed sm̄
virtutem vite insolubilis Contestatur
enim quoniam tu es sacerdos in eternum sm̄
ordinem melchisedech Reprobacio
quidem sit precedentis mandati ppter
infirmitatem eius et inutilitatem Nichil enim
ad pfectum adduxit lex introductio
vero melioris spei per quam pximamus
ad deum Et quantum est non sine iure
iurando Alii quidem sine iure iura
do sacerdotes facti sunt Hic autem cum iure
iurando p eum qui dixit ad illum
Iuravit dns et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum Intantum meli
oris testamenti sponsor factus ē ihūs
Et alii quidem plures facti sunt sacerdos
idcirco quod morte phiberent pma
nere Hic autem eo quod maneat in eternum
sempiternum hēt sacerdocium Unde et sal
vare in ppetuum potest accedens per se
metipm ad deum semper vivens ad inter
pellandum pro eis Talis enim dece
bat ut nobis esset pontifex factus
innocens inpollutus segregatus

a peccatoribus et excelsior caelis factus, qui non habet cottidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes; sermo autem iurisiurandi qui post legem filium in aeternum perfectum.

Capitulum octavum

Talem habemus pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister et tabernaculi veri quod fixit dominus et non homo. Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur; unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat. Si igitur esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari et umbrae deserviunt caelestium, sicut responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum: Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies veniunt, dicit dominus, et consummabo super domum Israel testamentum novum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum ut educerem illos de terra Aegypti; quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in mentes eorum et in corda eorum superscribam eos, et ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum et unusquisque fratrem suum dicens: Cognosce dominum, quoniam omnes scient me a minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum illorum iam non memorabor. Dicendo autem novum veteravit prius. Quod autem antiquatur et senescit prope interitum est.

Habuit quidem et prius iustificationes culturae et sanctum saeculare. Tabernaculum enim factum est primum in quo erat candelabrum et mensa et propositio panum, quod dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens turibulum et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna et virga Aaron quae fronduerat et tabulae testamenti, super quae erant cherubin gloriae obumbrantia propitiatorium, de quibus non est dicendum per singula. His vero ita dispositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes; in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offert pro sua et populi ignorantia, hoc significante spiritu sancto nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum; quae parabola est temporis instantis, iuxta quam munera et hostiae offeruntur quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis et in potibus et variis baptismatibus et iustitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta aeterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum aut taurorum et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundat conscientiam nostram ab

operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti
Et ideo noui testamenti mediator est
ut morte intercedente in redemptionem
eorum preuaricationum que erant sub
priori testamento repromissionem accipiant
qui vocati sunt eterne hereditatis Ubi
enim testamentum mors necesse est intercedat
testatoris testamentum enim in mortuis
confirmatum est alioquin nondum valet dum
viuit qui testatus est Unde nec primum
quidem sine sanguine dedicatum est Lecto
enim omni mandato legis a moyse
vniuerso populo accipiens sanguinem
vitulorum et hircorum cum aqua et lana
coccinea et ysopo Ipsum quoque librum
et omnem populum aspersit dicens Hic
sanguis testamenti quod mandauit ad
vos deus ipsum et tabernaculum et omnia
vasa ministerij sanguine similiter aspersit Et
omnia pene in sanguine mundantur secundum
legem et sine effusione sanguinis non
fit remissio Necesse est ergo exempla
ria quidem celestium hiis mundari
ipsa autem celestia melioribus ho
stijs quam istis Non enim in manufac
tis sancta Ihesus introiuit exemplaria
verorum sed in ipsum celum ut appareat nunc
vultui dei pro nobis neque ut sepe offerat
semetipsum quemadmodum pontifex intrat
in sancta per singulos annos in sanguine
alieno Alioquin oportebat eum frequenter
pati ab origine mundi Nunc autem
semel in consummatione seculorum ad destitu
tionem peccati per hostiam suam apparuit Et
quemadmodum statutum est hominibus
semel mori Capitulum 10

Post hoc autem iudicium sic et christus
semel oblatus est ad multorum
exhaurienda peccata secundo sine peccato
apparebit expectantibus se in salutem
Umbra enim habens lex bonorum fu
turorum non ipsam ymaginem rerum
per singulos annos eisdem ipsis
hostijs quas offerunt indesinenter

nunquam potest accedentes perfectos facere alio
quin cessassent offerri ideo quod nullam
haberent vltra conscientiam peccati cultores
semel mundati Sed in ipsis commemo
ratio peccatorum per singulos annos fit
Impossibile est enim sanguine taurorum
et hircorum auferri peccata Ideo ingrediens
mundum dicit Hostiam et oblacionem no
luisti corpus autem aptasti mihi holocau
sta pro peccato non tibi placuit Tunc
dixi Ecce venio In capite libri
scriptum est de me ut faciam voluntatem
tuam Superius dicens Quia hostias
et oblaciones et holocaustomata
et pro peccato noluisti nec placita sunt tibi
que secundum legem offeruntur tunc dixi Ecce
venio ut faciam deus voluntatem tuam
aufert primum ut sequens statuat In qua
voluntate sanctificati sumus per oblacionem cor
poris Ihesu christi semel Et omnis quidem
sacerdos presto est cottidie ministrans
et easdem sepe offerens hostias que nunquam
possunt auferre peccata Hic autem vnam
pro peccatis offerens hostiam in sempiternum
sedet in dextera dei De cetero expec
tans donec ponantur inimici eius
scabellum pedum eius Una enim ob
lacione consummauit in sempiternum
sanctificatos Contestatur autem et nos
et spiritus sanctus Postquam enim dixit
Hoc autem testamentum quod testabor
ad illos post dies illos dicit dominus
dando leges meas in cordibus
eorum et in mentibus eorum superscribam eos
et peccatorum et iniquitatum eorum iam non
recordabor amplius Ubi autem re
missio horum iam non oblacio pro peccato
Habentes itaque fratres fiduciam in in
troitu sanctorum in sanguine christi quam in
itiauit nobis viam nouam et viuen
tem per velamen id est carnem suam
et sacerdotem magnum super domum dei
Accedamus cum vero corde in plenitudine

fidei aspersi corda a consciencia mala et ab
luti corpus aqua munda. Teneamus spei
nostre confessionem indeclinabilem fidelis
enim est qui repromisit. Et consideremus
invicem in provocacionem caritatis et bonorum
operum non deserentes collectionem nostram
sicut est consuetudinis quibusdam sed conso
lantes. Et tanto magis quanto videritis
appropinquantem diem. Voluntarie enim
peccantibus nobis post acceptam noticiam
veritatis iam non relinquitur pro peccatis hos
tia. Terribilis autem quedam expectacio iu
dicii et ignis emulacio que consumptura
est adversarios. Irritam quis faciens
legem moysi sine ulla miseracione
duobus vel tribus testibus moritur.
quanto magis putatis deteriora mereri
supplicia qui filium dei conculcaverit
et sanguinem testamenti pollutum duxerit
in quo sanctificatus est et spiritum gratie contume
liam fecerit. Scimus enim qui dixit michi
vindictam ego reddam. Et iterum quia
iudicabit dominus populum suum. Horrendum
est incidere in manus dei viventis. Rememo
ramini autem pristinos dies quibus il
luminati magnum certamen sustinuistis
passionum et in altero quidem opprobriis
et tribulacionibus spectaculum facti in
altero autem socii taliter conversancium
effecti. Nam et vinctis compassi estis
et rapinam bonorum vestrorum suscepistis cum
gaudio cognoscentes vos habere
meliorem et manentem substanciam. Nolite
itaque amittere confidenciam vestram que
magnam habet remuneracionem. Paciencia
enim nobis necessaria est ut voluntatem
dei facientes reportetis repromissionem
adhuc enim modicum est quantulumcumque
donec qui venturus est veniet et non
tardabit. Iustus autem meus ex fide
vivit quod si subtraxerit se non placebit
anime mee. Nos autem non sumus subtrac
cionis filii in perdicionem sed fidei in
acquisicionem anime cap xi

Est autem fides sperandarum substan
cia rerum argumentum non apparencium. In
hac enim testimonium consecuti sunt senes
Fide intelligimus aptata esse
secula verbo dei ut ex invisibilibus
visibilia fierent. Fide plurimam hostiam
abel quam cayn obtulit deo per quam
testimonium consecutus est esse iustus testi
monium perhibente muneribus eius
deo et per illam defunctus adhuc
loquitur. Fide enoch translatus est
ne videret mortem et non inveniebatur
quia transtulit illum deus. Ante trans
lacionem enim testimonium habuit placuisse
se deo. Sine fide autem impossibile est
placere deo. Credere autem oportet accede
ntem ad deum quia est et inquirentibus se
remunerator fit. Fide noe responso
accepto de hiis que adhuc non vide
bantur metuens aptavit archam
in salutem domus sue per quam dampnavit
mundum et iusticie que per fidem est
heres est institutus. Fide qui vocatur
abraham obedivit in locum exire
quem accepturus erat in hereditatem
et exiit nesciens quo iret. Fide de
moratus est in terra repromissionis
tamquam in aliena in casulis habitando
cum ysaac et iacob coheredibus repro
missionis eiusdem. Expectabat
enim fundamentum habentem civitatem cuius
artifex et conditor deus. Fide et ipsa
sara sterilis virtutem in concepcionem se
minis accepit et preter tempus etatis quoniam
fidelem credidit esse eum qui repromi
serat. Propter quod et ab uno orti sunt et hoc
emortuo tamquam sydera celi in multi
tudine sicut arena que est ad oram
maris innumerabilis. Iuxta fidem defunc
ti sunt omnes isti non acceptis re
promissionibus sed a longe eas as
picientes et salutantes et confite
ntes quia peregrini et hospites sunt
super terram. Qui enim hec dicunt
significant se patriam inquirere. Et

siquidem illius meminissent de qua ex
ierant habebant utique tempus revertendi
Nunc autem meliorem appetunt .i. celestem
Ideo non confunditur deus vocari deus
eorum paravit enim illis civitatem Fide ob
tulit abraham ysaac cum temptaretur
et unigenitum offerebat qui susceperat
repromissiones Ad quem dictum est quia
in ysaac vocabitur tibi semen arbi
trans quia et mortuos suscitare po
tens est deus Unde eum et in parabolam
accepit Fide et de futuris benedixit
ysaac et iacob et esau Fide iacob
moriens singulos filiorum ioseph
benedixit et adoravit vestigium vir
ge eius Fide ioseph moriens de
profectione filiorum israel memoratus est
et de ossibus suis mandavit Fide mo
yses natus occultatus est mensibus
tribus a parentibus suis eo quod vidis
sent elegantem infantem et non timu
erunt regis edictum Fide moyses
grandis factus negavit se esse filium
filie pharaonis magis eligens
affligi cum populo dei quam temporalis peccati
habere iocunditatem maiores divi
tias estimans thesauro egyptiorum
improperium christi Aspiciebat enim in remu
nerationem Fide reliquit egyptum
non veritus animositatem regis Invisibilem
enim tamquam videns sustinuit Fide
celebravit pascha et sanguinis effusi
onem ne qui vastabat primitiva
tangeret eos Fide transierunt mare
rubrum tamquam per aridam terram quod
experti egyptii devorati sunt Fide
muri iericho corruerunt circuiti
dierum septem Fide raab meretrix non
periit cum incredulis excipiens explo
ratores cum pace Et quid adhuc
dicam deficiet enim me tempus enarrantem
de gedeon barach sampson iepte
david et samuel et prophetis qui
per fidem vicerunt regna operati

sunt iustitiam adepti sunt repromissiones
Obturaverunt ora leonum extinxe
runt impetum ignis Effugaverunt aciem
gladii convaluerunt de infirmitate fortes
facti sunt in bello Castra verterunt exte
rorum Acceperunt mulieres de resurrectione
mortuos suos Alii autem distenti sunt
non suscipientes redemptionem ut me
liorem invenirent resurrectionem Alii vero lu
dibria et verbera experti insuper et vin
cula et carceres Lapidati sunt secti sunt
temptati sunt in occisione gladii mor
tui sunt Circuierunt in melotis in pelli
bus caprinis egentes angustiati
afflicti quibus dignus non erat mundus
In solitudinibus errantes et in montibus
et speluncis et in cavernis terre Et hii omnes
testimonio fidei probati non accepe
runt repromissionem deo pro nobis melius
aliquid providente ut non sine nobis consu
Adeo quia et nos tantam muret
habentes inpositam nubem testium
deponentes omne pondus et circumstans
nos peccatum per pugnam curramus propositum
nobis certamen aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem ihesum qui pro
posito sibi gaudio sustinuit crucem
confusione contempta atque in dex
tera sedem dei sedet Recogitate
enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus
adversus semetipsum contradictionem ut
non fatigemini animis vestris deficientes
Nondum enim usque ad sanguinem restiti
stis adversus peccatum repugnantes
et obliti estis consolationis que nobis
tamquam filiis loquitur dicens Fili mi
noli negligere disciplinam domini neque
fatigeris dum ab eo argueris Quem
enim diligit dominus castigat flagel
lat autem omnem filium quem recipit In
disciplina perseverate tamquam filiis
nobis se offert deus Quis enim
filius quem non corripit pater Quod si

extra disciplinam estis, cuius participes
facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis.
Deinde patres quidem carnis nostrae habuimus
eruditores et reverebamur eos; non
multo magis obtemperabimus patri spirituum
et vivemus? Et illi quidem in tempore paucorum
dierum secundum voluntatem suam erudie-
bant nos; hic autem ad id quod utile est
in recipiendo sanctificationem eius. Omnis
autem disciplina in praesenti quidem videtur
non esse gaudii sed maeroris, postea
autem fructum pacatissimum exercitatis
per eam reddet iustitiae. Propter quod remis-
sas manus et soluta genua erigite,
et gressus rectos facite pedibus vestris,
ut non claudicans quis erret, ma-
gis autem sanetur. Pacem sequimini cum
omnibus, et sanctimoniam sine qua nemo
videbit Deum. Contemplantes ne quis
desit gratiae Dei, ne qua radix ama-
ritudinis sursum germinans impediat
et per illam inquinentur multi. Ne quis for-
nicator aut profanus ut Esau qui
propter unam escam vendidit primitiva
sua. Scitote enim quoniam et postea cupi-
ens hereditare benedictionem reprobatus
est. Non enim invenit paenitentiae locum
quamquam cum lacrimis inquisisset eam.
Non enim accessistis ad tractabilem
et accessibilem ignem et turbinem et
caliginem et procellam et tubae sonum
et vocem verborum, quam qui audierunt
excusaverunt se ne eis fieret verbum.
Non enim portabant quod dicebatur: Et si bes-
tia tetigerit montem lapidabitur. Et ita
terribile erat quod videbatur, Moyses enim
dixit: Exterritus sum et tremebundus.
Sed accessistis ad Syon montem et
civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem,
et multorum milium angelorum frequentiam
et ecclesiam primitivorum qui conscripti
sunt in caelis, et iudicem omnium Deum, et spiritus
iustorum et testamenti novi media-
torem Iesum, et sanguinis aspersionem

melius loquentem quam Abel. Videte ne
recusetis loquentem. Si enim illi non
effugerunt recusantes eum qui super
terram loquebatur, multo magis nos qui de
caelis loquentem nobis avertimus. Cuius
vox movit terram tunc, nunc autem
repromittit dicens: Adhuc semel
et ego movebo non solum terram sed
et caelum. Quod autem adhuc semel dicit
mobilium translationem tamquam factorum
ut maneant ea quae sunt immobilia.
Itaque regnum immobile susci-
pientes habemus gratiam per quam
serviamus placentes Deo cum metu
et reverentia. Etenim Deus noster ignis
consumens est. Caritas fraternitatis
maneat in vobis, et hospitalitatem
nolite oblivisci, per hanc enim pla-
cuerunt quidam angelis hospitio
receptis. Mementote vinctorum
tamquam simul vincti, et laborantium
tamquam et ipsi in corpore morantes.
Honorabile conubium in omnibus
et thorus immaculatus. Fornicatores
et adulteros iudicabit Deus. Sint
mores sine avaritia, contenti praesenti-
bus; ipse enim dixit: Non te deseram
neque te derelinquam, ita ut confidenter di-
camus: Dominus mihi adiutor est, non ti-
mebo quid faciat mihi homo. Mementote
praepositorum vestrorum qui vobis locuti
sunt verbum Dei, quorum intuentes exi-
tum conversationis imitamini fidem.
Ihesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula.
Doctrinis variis et peregrinis nolite
abduci. Optimum enim est gratia stabi-
lire cor, non escis, quae non profuerunt
ambulantibus in eis. Habemus altare
de quo edere non habent potestatem qui taberna-
culo deserviunt. Quorum enim anima-
lium infertur sanguis pro peccato in sancta
per pontificem, horum corpora cremantur
extra castra. Propter quod et Ihesus ut sancti-
ficaret per suum sanguinem populum extra

portam passus est. Exeamus igitur
ad eum extra castra improperium eius
portantes. Non enim habemus hic
manentem civitatem sed futuram in-
quirimus. Per ipsum ergo offeramus hosti-
am laudis semper deo, id est fructum
labiorum confitentium nomini eius. Be-
neficientie autem et communionis nolite ob-
livisci, talibus enim hostiis promeretur
deus. Obedite prepositis vestris
et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant
quasi rationem pro animabus vestris reddituri,
ut cum gaudio hoc faciant et non
gementes; hoc enim non expedit vo-
bis. Orate pro nobis. Confidimus enim
quia bonam conscientiam habemus in omnibus
bene volentes conversari. Amplius
autem deprecor vos hoc facere, quo celerius
restituar vobis. Deus autem pacis
qui eduxit de mortuis pastorem
magnum ovium in sanguine testamenti
eterni dominum nostrum Ihesum Christum aptet
vos in omni bono ut faciatis vo-
luntatem eius, faciens in vobis quod pla-
ceat coram se per Ihesum Christum, cui est gloria
in secula seculorum. Amen. Rogo autem
vos fratres ut sufferatis verbum
solacii, etenim perpaucis scripsi vobis.
Cognoscite fratrem nostrum Thimo-
theum dimissum, cum quo si celerius
venerit videbo vos. Salutate om-
nes prepositos vestros et omnes sanctos. Sa-
lutant vos de Ytalia. Gratia cum
omnibus vobis. Amen. Prologus

Lucas Antiochensis na-
tione Syrus, cuius
laus in evangelio canitur,
apud Anthiochiam
medicine artis egregius
et apostolorum Christi discipulus, postea
vero usque ad confessionem Paulum secutus
sine crimine, virgo, permanens, do-
mino servire. Octoginta et
quatuor etatis annos agens in
Bythinia obiit plenus spiritu sancto.
Hic spiritu in Siccaiate in Achaie
partibus evangelium scribens grecis fide-
libus incarnacionem domini fideli narracione
ostendit eumdemque ex stirpe David des-
cendisse monstravit. Cui non inmerito
datur potestas scribendi Actus apostolorum
in ministerio datur, ut deo in deum pleno
et filio perdicionis extincto oratione
ab apostolis facta sorte domini eleccionis numerus
compleretur. Sicque Paulum consumacio-
nem apostolicis actibus daret, quem diu
contra stimulum calcitrantem dominus ele-
gisset. Quod legentibus et requirentibus
deum et si per singula expediri a nobis utile fuerat,
sciens tamen quod operantem agricolam opor-
teat de suis fructibus edere, vitavimus publicam
curiositatem, ne non tam volentibus deum demonstrare
quam fastidientibus prodidisse videremur.
... Actus apostolorum nuda
videntur sonare hystoriam et nascentis
ecclesie infantiam texere. Sed si noverimus
scriptorem eorum Lucam medicum
esse, animadvertimus omnia verba illius
anime languentis esse medicinam.

Primum quidem sermonem
feci de omnibus, o Theo-
phile, que cepit Ihesus
facere et docere usque in
diem qua precipiens apostolis per
spiritum sanctum quos elegit assumptus
est. Quibus et prebuit seipsum vivum
post passionem suam in multis ar-
gumentis per dies xl apparens eis et
loquens de regno dei. Et convescens
precepit eis ab Ierosolimis ne disce-
derent, sed expectarent promissionem patris
quam audistis per os meum. Quia
Iohannes quidem baptizavit aqua, vos
autem baptizabimini spiritu sancto non post
multos hos dies. Igitur qui convenerant
interrogabant eum dicentes: Domine, si in
tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit
autem eis: Non est vestrum nosse tempora
vel momenta que pater posuit in
sua potestate, sed accipietis virtutem
supervenientis spiritus sancti in vos. Et
eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudea

et samaria et vsque ad ultimum terre Et cum hec
dixisset videntibus illis eleuatus est
et nubes suscepit eum ab oculis eorum
Cumque intuerentur in celum euntem illum
ecce duo viri astiterunt iuxta illos
in vestibus albis qui et dixerunt viri
galilei quid statis aspicientes in celum
Hic ihesus qui assumptus est in celum a vo
bis sic veniet quemadmodum vidistis eum
euntem in celum Tunc reuersi sunt ierosoli
mam a monte qui vocatur oliueti qui
est iuxta ierusalem sabbati habens iter Et cum
introissent in cenaculum ascenderunt
ubi manebant petrus et iohannes iaco
bus et andreas philippus et Symon
zelotes et iudas iacobi hii omnes
erant perseuerantes vnanimiter in oratione
cum mulieribus et maria matre ihesu et
fratribus eius In diebus illis exurgens
in medio fratrum petrus dixit Erat autem
turba hominum simul fere centum viginti Vi
ri fratres oportet impleri scripturam quam pre
dixit spiritus sanctus per os dauid de iu
da qui fuit dux eorum qui comprehen
derunt ihesum qui connumeratus erat in nobis
et sortitus est sortem ministerii huius Et hic
quidem possedit agrum de mercede in
iquitatis et suspensus crepuit medius
et diffusa sunt omnia viscera eius et no
tum factum est omnibus habitantibus ierusalem
ita ut appellaretur ager ille lingua
eorum acheldemach hoc est ager sanguinis
Scriptum est enim in libro psalmorum fiat
commoratio eorum deserta et non sit qui
inhabitet in ea et episcopatum eius accipiet
alius Oportet ergo ex hiis viris qui nobis
cum sunt congregati in omni tempore quo in
trauit et exiuit inter nos dominus ihesus
incipiens a baptismo iohannis vsque
in diem qua assumptus est a nobis testem
resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex
istis Et statuerunt duos ioseph qui
vocabatur barsabas qui cognomi
natus est iustus et mathiam Et orantes
dixerunt Tu domine qui corda nosti
omnium ostende quem elegeris ex hiis
duobus vnum accipere locum ministerii
huius et apostolatus de quo preuarica
tus est iudas ut abiret in locum
suum Et dederunt sortes eis et ceci
dit sors super mathiam et annumeratus
est cum xi apostolis In die penthecostes
Et cum complerentur dies pe
nthecostes erant omnes dis
cipuli pariter in eodem loco Et
factus est repente de celo sonus
tamquam aduenientis spiritus vehemen
tis et repleuit totam domum vbi
erant sedentes Et apparuerunt eis
dispertite lingue tamquam ignis
seditque supra singulos eorum Et re
pleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt
loqui variis linguis prout spiritus
sanctus dabat eloqui illis Erant autem
in ierusalem habitantes iudei viri reli
giosi ex omni natione que sub celo
est Facta autem hac voce conuenit
multitudo et mente confusa est quoniam au
diebat vnusquisque lingua sua
illos loquentes Stupebant autem
omnes et mirabantur ad inuicem dicentes
Quidnam hoc vult esse Alii autem ir
ridebant eos dicentes quia musto
pleni sunt isti Stans autem petrus cum
xi eleuauit vocem suam et locutus est
eis Viri iudei et qui habitatis ierusalem
vniuersi hoc vobis notum sit et auribus per
cipite verba mea Non sicut vos esti
matis hii ebrii sunt cum sit hora diei
tercia Sed hoc est quod dictum est per prophetam
Iohel Et erit in nouissimis diebus
dicit dominus Effundam de spiritu meo super
omnem carnem et prophetabunt filii vestri
et filie vestre et iuuenes vestri visi
ones videbunt et seniores vestri
somnia sompniabunt Et quidem
super seruos meos et ancillas meas

In diebz illis effundam de spu meo et
prophetabunt et dabo prodigia i celo sur
su et signa in terra deorsu sanguinem
et ignem et vaporem fumi Sol convertet
i tenebras et luna i sanguinem. Antequam
dies dni veniat magnus et manife
stus et ois quicunque invocaverit nomen
dni salvus erit viri israhelite audite
vba hec Ihm nazarenu virum
approbatu a deo in vobis virtutibus p
digiis et signis q fecit i medio
vri sicut vos scitis hunc definito
consilio et prescia dei traditu p ma
nus iniquorum affigentes i terfeci
stis quem deus suscitavit solutis do
loribus inferni iuxta quod impossibile erat
teneri illu ab eo David ei dicit
i eum Providebam dnm cora me sp
quoniam a dextris michi est ne comoo
vear. Propter hoc letatu est cor meu
et exultabit lingwa mea insup
et caro mea requiescet i spe quoniam
no derelinques aiam mea i inferno
nec dabis scm tuu videre corrup
cones Notas m fecisti vias vi
te adimplebis me iocunditate cu fa
tua Viri fres liceat audent
dicere ad vos de patriarcha david
quoniam defunctus est et sepultus est et se
pulcrum eius est apud nos usque
i hodiernu die. Propheta igitur cu esset
et sciret quia iureiurando iurasset illi
deus de fructu lumbi eius sedere sup
sedem eius providens locutus est
de resurreccione xi quoniam neque derelictus est i in
ferno neque caro eius vidit corrupcionem
hunc Ihm resuscitavit deus cui oes
nos testes sumus Dextera igitur dei
exaltatus et promissione spus sancti
accepta a patre effudit hunc quem
vos videtis et auditis Non enim david
ascendit in celu dicit autem ille
Dixit dns dno meo sede a

dextris meis Donec ponam inimicos
tuos scabellu pedu tuorum Certis
sime ergo sciat omnis domus israhel quia et
dnm eum et xpm deus fecit hunc Ihm
quem vos crucifixistis His auditis
compuncti sunt corde et dixerunt ad
petrum et ad reliquos aplos quid fa
ciemus viri fres Petrus ad illos
penitenciam inquit agite et baptizetur
unusquisque vestrum i nomine Ihu xi
i remissionem peccatorum vestrorum et acci
pietis donum spus sci Vobis
enim est repromissio et filiis vris et
omnibus qui longe sunt quoscunque
advocaverit dns deus noster Aliis etiam
vbis plurimis testificatus est et ex
hortabatur eos dicens Salvamini a gene
racione ista prava Qui ergo receperunt
sermonem eius baptizati sunt et appositi sunt
in die illa anime circiter tria milia
Erant autem perseverantes i doctrina
aplorum et communicacione fractionis panis
et oracionibus fiebat autem omni anime
timor Multa quoque prodigia et signa
per aplos fiebant i ierlm et metus
erat magnus i universis Omnes et qui
credebant erant pariter et habebant oia
coia possessiones et substancias vendebant
et dividebant illa omnibus prout cuique
opus erat Cottidie quoque perdurantes
unanimiter in templo et frangentes
circa domos panes sumebant cu
exultacione et simplicitate cordis col
laudantes deu et habentes graciam ad
omnem plebem Dns autem augebat qui
salvi fierent cottidie i idipsum 3
Petrus autem et Iohannes ascendebant
in templum ad horam oracionis nonam
Et quidam vir qui erat claudus
ex utero matris sue portabatur quem
ponebant cottidie ad porta templi
que dicitur speciosa ut peteret elemosinam
ab introeuntibus i templum rogabat

~~ut elemosinam acciperet~~ Is cum vidisset petrum et iohannem incipientes intrare in templum rogabat ut elemosinam acciperet. Intuens autem eum petrus cum iohanne dixit Respice in nos. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit Argentum et aurum non est mihi quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ihesu christi nazareni surge et ambula et apprehensa eius manu dextra allevavit eum protinus consolidate sunt bases eius et plante et exiliens stetit et ambulabat et intravit cum illis in templum ambulans et exiliens et laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam et impleti sunt stupore et extasi in eo quod contigit illi. Cum viderent autem petrum et iohannem cucurrit omnis populus ad eos ad porticum que appellatur Salomonis stupentes. Videns autem petrus respondit ad populum. Viri israelite quid miramini in hoc aut quid nos intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare. Deus Abraham et deus ysaac et deus Iacob et deus patrum nostrorum glorificavit filium suum ihesum quem vos quidem tradidistis et negastis in facie pylati iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis et petistis virum homicidam donari vobis. Auctorem vero vite interfecistis quem deus suscitavit a mortuis cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius hunc quem vos vidistis et nostis confirmavit nomen eius et fides que per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Et nunc fratres scio quia per ignoranciam fecistis sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciavit per os omnium prophetarum pati christum suum implevit sic. Penitemini igitur et convertimini ut deleantur peccata vestra ut cum venerint tempora refrigerii a conspectu domini et miserit eum qui predicatus est vobis Ihesum christum quem oportet celum quidem suscipere usque in tempora restitucionis omnium que locutus est deus per os sanctorum suorum a seculo prophetarum. Moyses quidem dixit quoniam prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris tamquam me ipsum audietis iuxta omnia quecumque locutus fuerit vobis. Erit autem omnis anima que non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe. Et omnes prophete a samuel et deinceps qui locuti sunt annunciaverunt dies istos. Vos estis filii prophetarum et testamenti quod disposuit deus ad patres vestros dicens ad Abraham et in semine tuo benedicentur omnes familie terre. Vobis primum deus suscitavit filium suum misit eum benedicentem vobis ut convertat se unusquisque a nequicia sua.

Loquentibus autem illis ad populum supervenerunt sacerdotes et magistratus templi et saducei dolentes quod docerent populum et annunciarent in ihesu resurrectionem ex mortuis. Et iniecerunt in eos manus et posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt et factus est numerus virorum quinque milia. Factum est autem in crastinum ut congregarentur principes ~~sacerdotum et cayphas~~ eorum et seniores et scribe in ierusalem et Annas princeps sacerdotum et cayphas et iohannes et alexander et quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio interrogabant in qua virtute aut in quo nomine fecistis

hoc nos. Tunc impletus spiritu sancto pe
trus dixit ad eos. Principes populi et
seniores audite. Si vos hodie diiu
dicamur in benefacto hominis infirmi in quo
iste salvus factus est. Notum sit omnibus
nobis et omni plebi israel quia in nomine
ihesu christi nazareni quem vos cruci
fixistis quem deus suscitavit a mortuis
in hoc iste astat coram nobis sanus.
Hic est lapis qui reprobatus est a vobis
edificantibus qui factus est in caput
anguli. Et non est in aliquo alio salus
nec enim nomen aliud est sub celo datum
hominibus in quo oporteat nos sal
vos fieri. Videntes autem petri
constantiam et iohannis comperto quod
homines essent sine litteris et ydiote a
mirabantur et cognoscebant eos quoniam
cum ihesu fuerant. Hominem quoque videntes
stantem cum eis qui curatus fuerat
nichil poterant contradicere. Iusserunt
autem eos foras extra concilium se
cedere. Et conferebant ad invicem dicentes
Quid faciemus hominibus istis. Quoniam
quidem notum signum est factum per eos omni
bus habitantibus ierusalem. Manifestum est
et non possumus negare. Sed ne am
plius divulgetur in populum comminemur
eis ne amplius loquantur in nomine hoc
nulli hominum. Et convocantes eos de
nunciaverunt ne omnino loquerentur ne
que docerent in nomine ihesu. Petrus vero et io
hannes respondentes dixerunt ad eos. Si ius
tum est in conspectu dei vos potius
audire quam deum iudicate. Non enim
possumus que vidimus et audivimus non loqui.
At illi comminantes dimiserunt eos
non invenientes quomodo punirent eos
propter populum quia omnes clarificabant id
factum fuerat. erat in eo quod acciderat an
norum enim erat amplius quadraginta
homo in quo factum fuerat signum istud
sanitatis. Dimissi autem venerunt ad
suos et annunciaverunt eis quanta ad eos
principes sacerdotum et seniores dixissent
Qui cum audissent unanimiter levaverunt
vocem ad deum et dixerunt. Domine tu qui
fecisti celum et terram mare et omnia que in
eis sunt qui spiritu sancto per os patris nostri
pueri tui david dixisti. Quare fre
muerunt gentes et populi meditati sunt
inania. Astiterunt reges terre et princi
pes convenerunt in unum adversus dominum et
adversus christum eius. Convenerunt enim vere
in civitate ista adversus sanctum puerum tuum
ihesum quem unxisti herodes et poncius
pylatus cum gentibus et populis israel facere
que manus tua et consilium tuum decre
vit fieri. Et nunc domine respice in minas
eorum et da servis tuis cum omni fiducia loqui
verbum tuum in eo quod manum tuam extende
ris ad sanitates et prodigia et signa
fieri per nomen sancti filii tui ihesu. Et cum
orassent motus est locus in quo erant
congregati et repleti sunt omnes spiritu sancto
et loquebantur verbum dei cum fiducia. Mul
titudinis autem credentium erat cor
unum et anima una nec quisquam eorum que
possidebat aliquid suum esse dicebat
Sed erant illis omnia communia. Et virtute
magna reddebant apostoli testimonium
resurrectionis ihesu christi domini. Et gratia magna
erat in omnibus illis. Neque enim quisquam
erat egens inter illos. Quotquot enim
possessores agrorum aut domorum
erant vendentes afferebant pretia
eorum que vendebant et ponebant ante
pedes apostolorum. Dividebant autem
singulis prout cuique opus erat. Ioseph
autem qui cognominatus est barsabas
ab apostolis quod est interpretatum filius con
solationis levites cyprius genere
cum haberet agrum vendidit illud et attulit
pretium et posuit ante pedes apo
stolorum etc.

Capitulum quintum

Vir autem quidam nomine Ananias
cum zaphira vxore sua ven-
didit agrum et fraudauit de precio agri
conscia sua. Et afferens partem quedam
ad pedes apostolorum posuit. Dixit
autem petrus Anania cur temptauit
sathanas cor tuum mentiri te spiritui
sancto et fraudare te precio agri. Nonne
manens tibi manebat et venundatum
erat in tua potestate. Quare posuisti
in corde tuo hanc rem non es mentitus
hominibus sed deo. Audiens autem Ananias
hec verba cecidit et exspirauit. Et
factus est timor magnus in omnes qui
audierunt. Surgentes autem Iuuenes
amouerunt eum et efferentes sepelierunt.
Factum est autem quasi horarum trium spacium et
vxor eius nesciens quod factum fuerat
introiyt. Respondit autem ei petrus. Dic
mihi mulier si tanti agrum vendidistis.
At illa dixit. Etiam tanti. Petrus
autem ad eam. Quid vtique conuenit vobis
temptare spiritum domini. Ecce pedes eorum
qui sepelierunt virum tuum ad hostium et
efferent te. Confestim cecidit ante
pedes eius et exspirauit. Intran-
tes autem Iuuenes inuenerunt eam mor-
tuam et extulerunt et sepelierunt ad virum
suum. Et factus est timor magnus in
vniuersa ecclesia et in omnes qui audierunt
hec. Per manus autem apostolorum fiebat signa
et prodigia multa in plebe. Et erant
vnanimiter omnes in porticu Salomonis.
Ceterorum autem nemo audebat se iungere
se illis. Sed magnificabat eos plebs.
Magis autem augebatur credentium in domino
multitudo virorum ac mulierum. Ita ut in
plateis eicerunt infirmos et posu-
erunt in lectulis et grabatis ut venien-
te petro saltem vmbra illius ob-
vmbraret quemquam eorum et liberarentur ab
infirmitate. Concurrebat autem multitudo
vicinarum ciuitatum Iherusalem afferentes
egros et vexatos a spiritibus immundis
qui curabantur omnes. Exurgens autem
princeps sacerdotum et omnes qui cum
illo erant que est heresis saduceorum
repleti sunt zelo et iniecerunt manus
in apostolos et posuerunt illos in custodia
publica. Angelus autem domini per noc-
tem aperiens ianuas carceris
et educens eos dixit. Ite et stantes
loquimini in templo plebi omnia verba
huius vite. Qui cum audissent intra-
uerunt diluculo in templum et docebant.
Adueniens autem princeps sacerdotum et qui
cum eo erant conuocauerunt concilium et omnes
seniores filiorum Israel et miserunt
in carcerem ut educerentur. Cum venis-
sent autem ministri et aperto carcere non
inuenissent illos reuersi nunciaue-
runt dicentes. Carcerem quidem inue-
nimus clausum cum omni diligencia
et custodes stantes ante ianuas.
Aperientes autem neminem intus in-
uenimus. Vt autem audierunt hos
sermones magistratus templi et principes
ambigebant de illis quid iam fieret.
Adueniens autem quidam nunciauit
eis quia ecce viri quos posuistis
in carcerem sunt in templo stantes
et docentes plebem. Tunc abiit ma-
gistratus et adduxit illos sine vi.
Timebant enim plebem ne lapidarentur.
Et cum adduxissent illos statuerunt
in concilio et interrogauit eos prin-
ceps sacerdotum dicens. Precipiendo pre-
cepimus vobis ne doceretis in nomine
isto. Et ecce repletis Iherusalem doctrina
vestra et vultis inducere super nos sanguinem
hominis istius. Respondens autem
petrus et apostoli dixerunt. Obedire
oportet deo magis quam hominibus. Deus patrum
nostrorum suscitauit Ihesum quem vos in-
teremistis suspendentes in ligno. Hunc
deus principem et saluatorem

exaltauit dextera sua ad dandam
penitentiam israel et remissionem peccatorum. Et
nos sumus testes horum verborum et spiritus
sanctus quem deus omnibus obedientibus si
bi. Hec cum audissent dissecabantur et co
gitabant interficere illos. Surgens
autem quidam in concilio phariseus nomine
Gamaliel legis doctor honorabilis
uniuerse plebi iussit foras ad breue
homines fieri dixitque ad illos viri i
srahelite attendite vobis super
hominibus istis quid acturi sitis. Ante
hos enim dies extitit theodas dicens
se esse aliquem cui consensit numerus virorum
circiter quadringentorum qui occisus est
et omnes quicumque credebant in eum
dissipati sunt et redacti sunt ad nichilum.
Post hunc extitit iudas galileus
in diebus professionis et auertit populum
post se et ipse periit et omnes quotquot
consenserunt ei dispersi sunt. Et nunc itaque
dico vobis discedite ab hominibus
istis et sinite illos. Quoniam si est ex
hominibus consilium hoc aut opus dissol
uetur. Si vero ex deo est non poteritis
dissoluere. Sin vero ex deo est eos ne
forte et deo repugnare inueniamini.
Consenserunt autem illi et conuocantes
apostolos cesos denunciauerunt eis ne
amplius loquerentur in nomine ihesu
et dimiserunt eos. Et illi quidem ibant
gaudentes a conspectu concilii quoniam
digni sunt habiti pro nomine ihesu pati
contumeliam. Omni autem die non ces
sabant in templo et circa domos docen
tes et euangelizantes christum ihesum. vj
In diebus autem illis crescente numero
discipulorum factum est murmur grecorum ad
uersus hebreos eo quod despicerentur
in ministerio cotidiano vidue eorum.
Conuocantes autem xij multitudinem
discipulorum dixerunt Non est equum
nos derelinquere verbum dei et ministrare mensis.
Considerate ergo fratres viros ex vobis
boni testimonii septem plenos spiritu sancto
et sapientia quos constituamus super hoc opus.
nos vero orationi et ministerio verbi instantes
erimus. Et placuit sermo coram omni
multitudine. Et elegerunt stephanum plenum
fide et spiritu sancto et philippum et prochorum
et parmenam et nicolaum aduenam an
thiochenum. Hos statuerunt in conspec
tu apostolorum et orantes inposuerunt eis
manus. Et verbum domini crescebat et multi
plicabatur numerus discipulorum in iherusalem
valde. Multa etiam turba sacerdotum obedi
ebat fidei. Stephanus autem plenus gratia
et fortitudine faciebat signa et prodigia magna
in populo. Surrexerunt autem quidam
de synagoga que appellabatur libertinorum
et cyrenensium et alexandrinorum et eorum
qui erant a cilicia et asya dispu
tantes cum stephano. Et non pote
rant resistere sapientie et spiritui qui lo
quebatur. Tunc submiserunt viros qui
dicerent se audisse eum dicentem verba
blasphemie in moysen et deum. Com
mouerunt itaque plebem et seniores
et scribas et concurrentes rapuerunt eum
et adduxerunt in concilium et statuerunt
testes falsos dicentes. Homo iste
non cessat loqui verba blasphemie
aduersus locum sanctum et legem. Audi
uimus enim eum dicentem quoniam Naza
renus hic destruet locum istum et
mutabit tradiciones que tradidit
nobis moyses. Et intuentes eum
omnes qui sedebant in concilio vide
runt faciem eius tamquam faciem angeli.
Dixit autem princeps sacerdotum vij
Si hec ita se habent. Qui ait Viri
fratres et patres audite. Deus glorie ap
paruit patri nostro abraham cum esset
in mesopotamia priusquam moraretur
in tharra et dixit ad illum Exi de terra

& de cognacione tua & veni in terram quam tibi
monstravero Tunc exiit de terra caldeorum
& habitavit in Charan Et inde postquam mor-
tuus est thare pater eius transtulit in
terram istam in qua nunc vos habitatis
& non dedit illi hereditatem in ea nec
passum pedis Sed repromisit illi dare
eam in possessionem & semini eius post ipsum
cum non haberet filium Locutus est autem ei
deus quod erit semen eius accola in terra
aliena & servituti eos subicient & ma-
le tractabunt eos annis quadringentis
Et gentem cui servierint iudicabo
ego dixit dominus Et post hec exibunt & de-
servient mihi in loco isto Et dedit illi
testamentum circumcisionis & sic genuit
ysaac & circumcidit eum die octavo Et
ysaac genuit Jacob & Jacob xij pa-
triarchas Et patriarche emulantes
Joseph vendiderunt in egiptum Et erat
deus cum eo & eripuit eum ex omnibus
tribulacionibus suis & dedit illi graciam
& sapienciam in conspectu pharaonis regis
egipti & constituit eum prepositum super
egiptum & super omnem domum suam
Venit autem fames in universam egip-
tum & chanaan & tribulacio magna
& non inveniebant cibos patres nostri Cum au-
disset autem Jacob esse frumentum in egipto
misit fratres nostros primum in egipto
misit patres nostros primum & in secundo cogni-
tus est Joseph a fratribus suis & mani-
festatum est pharaoni genus eius Mittens
autem Joseph accersivit Jacob patrem
suum & omnem cognacionem suam in animabus
septuaginta quinque & descendit Ja-
cob in egiptum & defunctus est ipse et
patres nostri & translati sunt in Sychem
& positi sunt in sepulchro quod emit A-
braham precio argenti a filiis Emor
filii Sychem Cum appropinquaret autem
tempus repromissionis quam confessus erat

deus Abrahe crevit plebs & multiplicata
est in egipto Quousque surrexit rex alius
in egipto qui non sciebat Joseph
Hic circumveniens genus nostrum afflixit
patres nostros ut exponerent infan-
tes suos ut non vivificarentur Eodem
tempore natus est moyses & fuit gratus
deo qui nutritus est tribus mensibus in
domo patris sui Exposito autem
illo sustulit eum filia pharaonis
& enutrivit eum sibi in filium & eru-
ditus est moyses omni sapiencia egip-
torum Et erat potens in verbis & in
operibus suis Cum autem impleretur ei
quadraginta annorum tempus ascendit
in cor eius ut visitaret fratres suos
filios israel Et cum vidisset quendam
iniuriam pacientem vindicavit illum
& fecit ulcionem ei qui iniuriam sustinebat
percusso egipto Existima-
bat autem intelligere fratres quoniam deus
per manum ipsius daret salutem illis
At illi non intellexerunt Sequenti
vero die apparuit illis litigantibus & re-
conciliavit eos dicens in pace Viri
fratres estis ut quid nocetis alterutrum
Qui autem faciebat iniuriam proximo
suo repulit eum dicens Quis te
constituit principem & iudicem super nos
Numquid interficere me tu vis quemadmodum
interfecisti heri egiptium Fugit
autem in verbo isto & factus est advena
in terra madian ubi generavit duos
filios & expletis annis xl apparuit
illi in deserto montis Syna angelus
in igne flamme rubi Moyses autem
videns admiratus est visum Et ac-
cedente illo ut consideraret facta
est vox ad eum domini dicens Ego sum
deus patrum vestrorum deus abraham
& deus ysaac & deus Jacob Tre-
mefactus moyses non audebat
considerare Dixit autem illi dominus

Solue calciamentu pedu tuoꝝ locus
eni i quo stas tra sca e. Videns vidi
afflictom ꝑpli mei qui e i egypto
z gemitu eoꝝ audiui z descendi li
berare eos Et nunc veni z mitta te
i egyptu Hunc moysen ꝙ negauerut
dicentes Quis te ↄstituit pncipe
z iudice sup nos hunc ds pncipem
z redemptorem misit cu manu angli
qui apparuit i rubo Hic eduxit eos
faciens pdigia z signa i tra egyp
ti z i mari rubro z i deserto annis
xl Hic e moyses qui dixit filiis
isrl ꝓphetam vobis suscitabit de
de fribꝫ vris tanq me ipm audie
tis Hic e qui fuit in ecclia i solitu
cu angelo qui loqbat ei i monte
Synai Et cu pribꝫ vris Qui acce
pit vba vite dare vobis cui no
luerut obedire pres vri sz repulerut
eum z auersi st cordibꝫ suis i egyp
tum dicentes aaron ffac nobis
deus qui nos pcedant Moysi n.
hunc qui eduxit nos de tra egyp
ti nescimꝰ quid fcm sit ei Et vi
tulu fecerut i illis dieb9 z optu
lerut hostia simulacro z letabant
i opibꝫ manuu suaꝝ Conuertit
aut ds z tradidit eos seruire
milicie celi sic scptm e i libro ꝓphe
taꝝ Nunq victimas aut holocau
sta obtulistis m annis xl domus
isrl Et suscepistis tabnaculu
moloch z sydus dei vri rephã fi
guras quas fecistis adorare eas
Et transferam vos i babilonem
Tabnaclm testioni fuit cu pri
bꝫ vris in deserto sicut disposuit
illis deus loques ad moysen vt
faceret id sc̃dm forma qua viderat Qd
z induxerut suscipientes pres vri
cu Ihu in possessione gentiu quas
expulit deus a facie prm vroꝝ
vsqꝫ in dieb9 dauid Qui iuenit gratia
am dm z peciit vt iueniret tabr
naclm deo iacob Salomo aut edifi
edificauit illi domu Sz no excelsꝰ
i manufctis habitat sic ꝓpheta dicit
Celu m sedes e tra aut scabellum
pedu meoꝝ Qua domu edificabitis
m dicit dns aut quis locus requi
ecionis mee Nonne manꝰ mea fecit
h omnia Dura ceruice z i circucisus
cordibꝫ z aurib9 Vos sp spui sco
restitistis sicut z pres vri z vos
Que ꝓphaꝝ no sunt psecuti pres
vri z occiderut eos qui prenuncia
bat de aduentu iusti cui9 vos nuc
proditores z homicide fuistis qui ac
cepistis lege i disposicõe angeloꝝ
z no custodistis Audientes aut
hec dissecabant cordibꝫ suis z stri
debat dentibꝫ in eu Cu aut eet
plenus spu sco intendens i celu
vidit glam dei z Ihm stante ad
dextris dei z ait Ecce video celos
aptos z filiu hois stante ad dex
tris vtutis dei Exclamates aut
voce magna cotinuerut aures su
as z impetu fecerut vnanimit in
eu Et eicientes eu extra ciuitate
lapidabat Et testes deposuerut
vestimenta sua secꝫ pedes adole
scentis qui vocabat Saulus z lapi
dabat stephm i vocante z dicete
Dne ihu suscipe spm meu Positis
aut genibꝫ clamabat voce magna
dicens Dne ne statuas illis ho
pctm qr nesciut qd faciut Et cu
hoc dixisset obdormiuit in dno
Saulus aut erat ↄsenciens
neci eius ffca e aut i illa die
psecucio magna in ecclia q erat io
solimis z omnes dispsi st p regiones
iudee z Samarie pt aplos Cu

rauit aut stephm viri timorati et
fecerunt planctu magnu sup eum
Paulus vo devastabat ecctiam
p domos intrans et trahens viros ac
mlieres tradebat in custodia Igit q
dispsi erant ptransibat evangelizantes
vbum dei Philippus aut descendens
i civitate Samarie pdicabat illis
xpm Intendebat aut turbe hijs que
a philippo dicebat unanimit audi
entes et videntes signa q fiebat
Multi em eorum qui habebant spus
i mundos clamantes voce magna exi
bat Multi aut paralitici et claudi cu
rati sunt Factum est g° magnu gaudiu
in illa civitate Vir aut quida noie
Symon qui an fuerat i civitate magus
seducens gente samarie dicens se
ee aliq magnum Cui auscultabant
oms a minimo usqz ad maiorem dicentes
Hic est virtus dei que vocatur magna
attendebat aut eu ppt q multo tpe
magicis suis dementasset eos Cum
no credidissent philippo evangelizanti
de regno dei i nomine Ihu xpi bap
tizabantur viri ac mlieres Tunc Symo
et ipe credidit et cu baptizatus eet
adherebat philippo Videns et signa
et virtutes maxias fieri stupens admirabatur
Cu aut audissent apli qui erant
Ihrlis q recepit samaria vbum
dei miserunt ad eos petru et iohem
Qui cu venissent oraverunt pro ipis
ut acciperent spm scm no du eni
i quemquam illorum venerat sz baptizati tm
erant i noie Ihu Tunc i ponebant manus
sup illos et accipiebant spm sanctu
Cum vidisset aut Symo q p impo
sitionem manuu aplorum daretur spus
obtulit illis pecuniam dicens Date
michi et hanc ptatem ut cui cumqz
i posuero manus accipiat spm
scm Petrus aut dixit ad eum
Pecunia tecu sit in pditionem
qm donu dei existimasti pecunia
possideri Non e tibi ps neqz sors
i sermone isto Cor em tuu no est
rectum cora deo Penitentiam itaqz age
ab hac nequitia tua et roga deu
si forte remittatur tibi h cogitacio cor
dis tui In felle em amaritudinis
et obligacione iniquitatis video te esse
Rndens Symon dixit Precamini
vos pro me ad dnm ut nichil veniat
sup me horum q dixistis At illi quidem
testificati et locuti vbu dni redibant
Ierosolimam et multis regionibus Sama
ritanorum evangelizabant Ange
lus aut dni locutus e ad phy
lippu dicens Surge et vade contra
meridianum ad viam q descendit
ab Ihrlm i gazam hec e deserta Et
surgens abiit Et ecce vir ethiops
eunuchus potens candacis regine
ethiopum qui erat sup omes gazas
eius venerat adorare i Ihrlm
et revertebatur sedens sup curru suu
legens q ppham ysaiam Dixit
aut spus philippo accede et ad
iunge te ad curru istu Accurrens aut
philippus audivit eu legente ysaiam
pphm et dix Putas ne i telligis
q legis et ait Et quo possu si
no aliquis ostendit mi Rogavitqz
philippu ut ascenderet et sederet
secu Locus aut scripture q lege
bat erat hic Tanqz ovis ad oc
cisionem ductus e et sic agnus cora
tondente se sine voce sic non
apruit os suu In humilitate iudiciu
eius sublatu e Generationem illius
quis enarrabit qm tolletur de terra
vita eius Rndens aut eunuchus
philippo dixit Obsecro te de
quo ppha dicit hoc de se an de

alio aliquo Aperiens autem philippus
os suum et incipiens a scriptura ista e-
vangelizavit illi ihesum Et dum irent per
viam venerunt ad quandam aquam et ait
Eunuchus ecce aqua quis prohibet
me baptizari Dixit autem philippus
Si credis ex toto corde licet et respondens ait
Credo dei filium esse ihesum christum Et ius-
sit stare currum Et descenderunt uterque
in aquam philippus et eunuchus et bap-
tizavit eum Cum autem ascendissent de aqua
spiritus domini rapuit philippum et am-
plius non vidit eum Eunuchus Ibat autem
per viam suam gaudens philippus autem
inventus est in azoto pertransiens
evangelizabat civitatibus cunctis
Saulus adhuc spirans minarum
et cedis in discipulos domini acces-
sit ad principem sacerdotum et petiit ab
eo epistolas in damascum ad synagogas
ut si quos invenisset huius vie
viros ac mulieres vinctos perduceret
iherusalem Et cum iter faceret contigit ut
appropinquaret damasco et subito circum-
fulsit eum lux de celo et cadens in terram
audivit vocem dicentem sibi Saule
saule quid me persequeris Qui dixit
Quis es domine Et ille Ego sum ihesus
quem tu persequeris Durum est tibi contra
stimulum calcitrare Et tremens ac
stupens dixit Domine quid me vis fa-
cere Et dominus ad eum Surge et ingre-
dere civitatem et dicetur tibi quid te oporteat
facere Viri autem illi qui comitabantur
cum eo stabant stupefacti audientes
quidem vocem neminem autem videntes
Surrexit autem saulus de terra apertis-
que oculis nichil videbat Ad manus
autem illum trahentes introduxerunt
damascum et erat tribus diebus
non videns et non manducavit neque
bibit Erat autem quidam discipulus
damasci nomine Ananias et dixit

ad illum in visu dominus Anania At
ille dixit Ecce ego domine Et dominus
ad illum Surgens vade in vicum qui
vocatur rectus et quere in domo saulum
nomine tharsensem ecce enim orat
Et vidit virum ananiam nomine introe-
untem et imponentem sibi manus ut visum
recipiat Respondit autem ananias domine
audivi a multis de viro hoc quanta ma-
la sanctis tuis fecerit in iherusalem Et hic
habet potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui invocant nomen
tuum Dixit dominus ad eum Vade quoniam
vas electionis est michi iste ut portet
nomen meum coram gentibus et regibus
et filiis israel Ecce enim ostendam illi quan-
ta oporteat eum pati pro nomine meo
Et abiit ananias et introivit in
domum et imponens ei manus dixit
Saule frater dominus ihesus misit me qui
apparuit tibi in via qua veniebas
ut videas et implearis spiritu sancto Et
confestim ceciderunt ab oculis eius
tamquam squame et visum recepit
Et surgens baptizatus est Et cum
accepisset cibum confortatus est Fuit
autem cum discipulis qui erant damasci per
dies aliquot Et continuo ingressus
synagogam predicabat ihesum affir-
mans quoniam hic est filius dei Stupe-
bant autem omnes qui audiebant et
dicebant Nonne hic est qui expug-
nabat in iherusalem eos qui invocabant
nomen istud et huc ad hoc venit ut
vinctos illos duceret ad principes
sacerdotum Saulus autem multo magis inva-
lescebat et confundebat iudeos qui
habitabant damasci affirmans quoniam
hic est christus Cum implerentur autem
dies multi consilium fecerunt iudei
ut eum interficerent Note autem fa-
ctae sunt insidie eorum custodiebant autem
et portas die ac nocte ut eum inter-

fieret. Circuibant autem discipuli eius
nocte per murum dimiserunt eum sum
mittentes in sporta. Cum autem venisset
in ierusalem temptabat se iungere discipu
lis et omnes timebant eum non credentes quod
esset discipulus christi. Barnabas autem ap
prehensum illum duxit ad apostolos et nar
rauit illis quomodo in via vidisset dominum
et quia locutus est ei et quomodo in damasco
fiducialiter egit in nomine ihesu. Et erat
cum eis intrans et exiens in ierusalem et fiducialiter agens in
nomine domini loquebatur quoque gentibus et dis
putabat cum grecis. Illi autem querebant
occidere eum. Quod cum cognouissent fratres
deduxerunt eum cesaream et dimiserunt tharsum.
Ecclesia quidem per totam iudeam et
galileam et samariam habebat pacem
et edificabatur ambulans in timore domini
et consolatione sancti spiritus replebatur. Factum
est autem ut petrus dum transiret vniuersos
z deuenit ad sanctos qui habitabant lid
de. Inuenit autem ibi hominem quendam
nomine Eneam ab annis octo iacentem
in grabato qui erat paraliticus. Et ait
illi petrus. Enea sanat te dominus
ihesus christus. Surge et sterne tibi. Et continuo
surrexit. Et viderunt eum omnes qui ha
bitabant lidde et sarone qui conuersi
sunt ad dominum. In ioppe autem fuit quedam
discipula nomine Thabita que interpretata
dicitur dorcas. Hec erat plena bonis ope
ribus et elemosinis quas faciebat. Factum
est autem in diebus illis ut infirmata more
retur. Quam cum lauissent posuerunt eam in ce
naculo. Cum prope esset lidda ab ioppe di
scipuli audientes quia petrus esset in ea
duos discipulos miserunt ad eum rogan
tes ne pigriteris venire vsque ad nos.
Exurgens autem petrus venit cum illis
et cum aduenisset duxerunt illum in ce
naculum et circumsteterunt illum omnes vidue
flentes et ostendentes tunicas quas faciebat
illis dorcas. Eiectis autem omnibus
foras petrus ponens genua sua
orauit et conuersus ad corpus dixit. Tha
bita surge. At illa aperuit oculos
et viso petro resedit. Dans illi manum
erexit eam. Et cum vocasset sanctos et
viduas assignauit eam viuam. Notum
autem factum est per vniuersam ioppen et cre
diderunt multi in domino. Factum est autem vt
dies multos moraretur in ioppe apud
symonem coriarium quendam.

Vir autem quidam in cesarea nomine
Cornelius centurio cohortis
que dicitur ytalica religiosus et timens
deum cum omni familia sua faciens
elemosinas multas plebi et deprecans deum
semper vidit in visu manifeste quasi hora
nona diei angelum dei ad se introeun
tem et dicentem sibi. Corneli. At ille
intuens in eum timore correptus dixit.
Quis es domine. Dixit autem illi. Ora
tiones tue et elemosine tue ascenderunt in me
moriam in conspectu dei. Et nunc mitte
viros in ioppen et accersi Symonem
quendam qui cognominatur petrus.
Hic hospitatur apud symonem quendam
coriarium cuius est domus iuxta mare.
Hic dicet tibi quid te oporteat facere.
Et cum discessisset angelus qui loquebatur
illi vocauit duos domesticos et
militem metuentem dominum ex hiis qui
illi parebant. Quibus cum narrasset omnia
misit illos in ioppen. Postera autem
die illis facientibus iter et appropinquantibus
ciuitati ascendit petrus in superiora ut
oraret circa horam sextam. Et cum esuriret
voluit gustare. Parantibus autem
illis cecidit super eum mentis excessus
et vidit celum apertum et descen
dens vas quoddam velud linteum
magnum quatuor initiis submitti
de celo in terram in quo erant omnia qua

drupedia et serpentia terre et volatilia
celi et facta est vox ad eum Surge petre
occide et manduca Ait autem petrus
Absit domine quia numquam manducavi omne
commune et immundum Et vox secundo iterum ad
eum Que deus purificavit tu ne
commune dixeris Hoc autem factum est per ter et statim
receptum est vas in celum Et dum intra se
hesitaret petrus quidnam esset visio
quam vidisset Ecce viri qui missi erant
a cornelio inquirentes domum symonis
astiterunt ad ianuam Et cum vocassent
interrogabant si symon qui cognominatur
petrus illic haberet hospitium Petro
autem cogitante de visione dixit spiritus
ei Ecce viri tres querunt te Surge
itaque et vade cum eis nichil dubitans
quia ego misi illos Descendens autem petrus
ad viros dixit Ecce ego sum quem
queritis Que causa est propter quam venistis
Qui dixerunt Cornelius centurio
vir iustus et timens deum et testimonium
habens ab universa gente iudeorum responsum
accepit ab angelo sancto accersiri te
in domum suam et audire verba abs te
Introducens igitur eos recepit hospitio
Sequenti autem die introivit in cesaream
Cornelius vero expectabat illos con-
vocatis cognatis suis et necessariis amicis
Et factum est cum introisset petrus ob-
vius ei venit cornelius et procidens
ad pedes eius adoravit Cum petrus
vero levavit eum dicens Surge et
ego ipse homo sum Et loquens cum illo
intravit et invenit multos qui conve-
nerant dixitque ad illos Vos sci-
tis quomodo abhominatum sit viro
iudeo coniungi aut accedere ad alie-
nigenam Sed mihi ostendit deus neminem
communem aut immundum dicere hominem propter quod sine
dubitatione veni accersitus Interro-
go ergo quam ob causam accersistis me
Et cornelius ait A nudius quarta
die usque ad hanc horam orans
eram hora nona in domo mea

Et ecce vir stetit ante me in veste can-
dida et ait Corneli exaudita est oratio
tua et elemosine tue commemorate sunt in conspectu dei
Mitte ergo in ioppen et accersi Symonem
qui cognominatur petrus hic hospitatur
in domo symonis coriarii iuxta mare
Confestim igitur misi ad te et tu bene
fecisti veniendo Nunc ergo omnes nos
in conspectu tuo assumus audire omnia
quecumque tibi precepta sunt a domino Aperiens
autem petrus os suum dixit In veritate
comperi quia non est personarum accep-
tor deus sed in omni gente qui timet eum
et operatur iustitiam acceptus est illi Verbum
misit deus filiis israel annuntians pacem
per ihesum christum hic est omnium dominus Vos
scitis quod factum est per universam iudeam
verbum incipiens enim a galilea post
baptismum quod predicavit Iohannes Ihesum na-
zareth quomodo unxit eum deus spiritu sancto
et virtute qui pertransiit benefaciendo
et sanando omnes oppressos a diabolo
quoniam deus erat cum illo Et nos testes
omnium que fecit in iudeorum regione et
Ierusalem quem occiderunt suspendentes
in ligno Hunc deus suscitavit tertia die
et dedit eum manifestum fieri non omni populo sed
testibus preordinatis a deo nobis qui
manducavimus et bibimus cum illo postquam
resurrexit a mortuis Et precepit no-
bis predicare populo et testificari quia ipse
est qui constitutus est a deo iudex vivorum
et mortuorum Huic omnes prophete testimonium
perhibent remissionem peccatorum accipe-
re per nomen eius omnes qui credunt in eum Ad-
huc loquente petro verba hec cecidit
spiritus sanctus super omnes qui audiebant
verbum Et obstupuerunt ex circumcisione
fideles qui venerant cum petro quia et
in nationes gratia spiritus sancti effusa est
Audiebant enim illos loquentes linguis
et magnificantes deum Tunc respondit
petrus Numquid aquam quis prohibere potest
ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum

accepit sicud et nos et iussit eos qui
in nomine ihesu christi baptisari Tunc ro
gaverunt eum ut maneret apud eos aliquot
Audierunt autem apostoli diebus
et fratres qui erant in iudea quoniam et gen
tes receperunt verbum dei Cum autem ascendisset
petrus iherosolimam disceptabant adver
sus illum qui erant ex circumcisione di
centes Quare introisti ad viros pre
putium habentes et manducasti cum illis
Incipiens autem petrus exponebat illis
ordinem dicens Ego eram in civitate ioppe
orans et vidi in excessu mentis visionem
descendens vas quoddam velut linteum
magnum quattuor initiis submitti de celo
et venit usque ad me In quod intuens conside
rabam et vidi quadrupedia terre et be
stias et reptilia et volatilia celi Au
divi autem et vocem dicentem michi Surge
petre occide et manduca Dixi autem
nequaquam domine quia commune aut inmundum
numquam introivit in os meum Respondit autem
vox secundo de celo Que deus mundavit tu
ne commune dixeris Hoc autem factum est per ter et
recepta sunt rursum omnia in celum Et
ecce confestim tres viri astiterunt
in domo in qua eram missi a cesarea
ad me Dixit autem spiritus michi ut irem cum
illis nichil hesitans Venerunt autem
mecum et sex fratres isti et ingressi sumus
in domum viri Narravit autem quomodo
vidisset angelum in domo sua stantem
et dicentem sibi Mitte in ioppen et accer
si Symonem qui cognominatur petrus
qui loquetur tibi verba in quibus salvus
eris tu et universa domus tua Cum autem
cepissem loqui cecidit spiritus sanctus super
eos sicut et in nos in initio Recordatus
sum autem verbi dei sicut dicebat Iohannes
quidem baptizavit aqua vos autem bap
tizabimini spiritu sancto Si ergo eandem gratiam
dedit illis deus sicut et nobis qui credimus
in dominum ihesum christum ego quis eram
qui possem prohibere deum His auditis
tacuerunt et glorificaverunt deum dicentes Ergo
et gentibus penitentiam deus ad vitam dedit
Et illi quidem qui dispersi fuerant a tri
bulatione que facta sub Stephano per am
bulaverunt usque ad phenicem et cyprum
et anthiochiam nemini loquentes verbum
nisi iudeis solis Erant autem ex eis ty
pri et cyrenei qui cum introissent in an
thiochiam loquebantur ad grecos an
nunciantes dominum ihesum et erat manus
domini cum illis Multus quoque numerus credencium
conversus est ad dominum Pervenit autem
sermo ad aures ecclesie que erat in ierusalem
super istis et miserunt Barnabam usque
ad anthiochiam Qui cum pervenisset et
vidisset gratiam dei gavisus est et horta
batur omnes in proposito cordis permanere in
domino quia erat vir bonus et plenus spiritu
sancto et fide et apposita est multa turba
domino Profectus est autem tharsum ut quereret
Saulum Quem cum invenisset perduxit
anthiochiam et annum totum conversati
sunt in ecclesia et docuerunt turbam multam
ut cognominarentur primum anthiochie
discipuli christiani In hiis autem diebus
supervenerunt ab ierosolimis prophete anthio
chiam et surgens unus ex eis nomine
agabus significabat per spiritum famem
magnam futuram in universo orbe
terrarum que facta est sub claudio Discipuli
autem prout quis habebat proposuerunt in
ministerium mittere habitantibus in iudea
fratribus quod et fecerunt mittentes ad seni
ores per manus barnabe et sauli xii
Eodem autem tempore misit herodes
agrippa rex manus ut affli
geret quosdam de ecclesia Occidit autem
Iacobum fratrem Iohannis gladio videns
autem quia placeret iudeis apposuit
ut apprehenderet petrum Erant autem di
es azimorum Quem cum apprehendisset
misit in carcerem tradens quatuor
quaternionibus militum custodiendum
volens post pascha producere eum populo

Et petrus quidem servabatur in carcere. Ora-
tio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum
pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes
in ipsa nocte erat petrus dormiens inter
duos milites vinctus catenis duabus
et custodes ante hostium custodiebant
carcerem. Et ecce angelus domini astitit et
lumen refulsit in habitaculo. percussoque la-
tere petri excitavit eum dicens. Surge
velociter. Et ceciderunt cathene de ma-
nibus eius. Dixit autem angelus ad eum.
Precingere et calcia te caligas tuas. Et
fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi
vestimentum tuum et sequere me. Et exiens
sequebatur eum et nesciebat quia verum est
quod per angelum fiebat. Existimabat autem
se visum videre. Transeuntes autem primam
et secundam custodiam venerunt ad portam
ferream que ducit ad civitatem que ultro aper-
ta est eis. Et exeuntes processerunt vicum
unum et continuo discessit angelus ab
eo. Et petrus ad se reversus dixit.
Nunc scio vere quia misit dominus angelum
suum et eripuit me de manu herodis
et de omni expectatione plebis iudeorum.
Consideransque venit ad domum ma-
rie matris iohannis qui cognominatur
marcus ubi erant multi congregati et
orantes. Pulsante autem eo hostium
ianue processit puella ad videndum
nomine rhode. Et ut cognovit vocem
petri pre gaudio non aperuit ianuam sed
intro currens nunciavit petrum stare ante
ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis.
Illa autem affirmabat sic se habere. Illi
autem dicebant. Angelus eius est. Petrus
autem perseverabat pulsans. Cum autem
aperuissent viderunt eum et obstupue-
runt. Annuens autem eis manu ut ta-
cerent narravit quomodo dominus eduxit
eum de carcere. Dixitque. Nunciate ia-
cobo et fratribus hec. Et egressus abiit in
alium locum. Facta autem die erat non
parva turbatio inter milites quid-
nam factum esset de petro. Herodes autem
cum requisisset eum et non invenisset inqui-
sitione facta de custodibus iussit eos ad-
duci. Descendensque a iudea in cesarea
ibi commoratus est. Erat autem iratus
tyriis et sydoniis. At illi unanimiter
venerunt ad eum et persuaso blasto qui
erat super cubiculum regis postulabant
pacem eo quod alerentur regiones eorum ab
illo. Statuto autem die herodes ves-
titus veste regia sedit pro tribunali
et concionabatur ad eos. Plebs autem
clamabat dei voces et non hominis.
Confestim autem percussit eum angelus domini
eo quod non dedisset honorem deo et consump-
tus a vermibus expiravit. Verbum autem
domini crescebat et multiplicabatur. Bar-
nabas autem et saulus reversi sunt ab iero-
solimis expleto ministerio assumpto iohanne
qui cognominatur marcus. XIII

Erant autem in ecclesia que erat an-
thiochie prophete et doctores in quibus
barnabas et symeon qui vocabatur
niger et lucius cyrenensis et manaen
qui herodis tetrarche collactaneus
et saulus. Ministrantibus autem illis domino
et ieiunantibus dixit spiritus sanctus. Segre-
gate mihi barnabam et saulum in
opus quo assumpsi eos. Tunc ieiu-
nantes et orantes imponentesque eis
manus dimiserunt eos. Et ipsi quidem
missi a spiritu sancto abierunt seleuciam
et inde navigaverunt cyprum. Et cum venis-
sent salaminam predicabant verbum dei in
synagogis iudeorum. Habebant autem et
iohannem in ministerio. Et cum perambulassent
universam insulam usque paphum
invenerunt quendam virum magum pseu-
doprophetam iudeum cui nomen erat
bariesu qui erat cum proconsule sergio
paulo viro prudente. Hic accersitis
barnabam et paulo desiderabat au-
dire verbum dei. Resistebat autem
eis elymas magus sic enim interpretatur
nomen eius querens avertere proconsulem

a fide Saulus aut qui et paulus repletus
spiritu sancto intuens in eum dixit O plene
omni dolo et omni malitia fili diaboli
inimice omnis iusticie non desinis sub
uertere vias domini rectas et nunc ecce manus
domini super te et eris cecus non videns so
lem vsque ad tempus et confestim cecidit
in eum caligo et tenebre et circuiens querebat
qui ei manum daret Tunc proconsul
cum vidisset factum credidit admirans
super doctrina domini et cum a papho nauim
gassent paulus et qui cum eo erant ve
nerunt pergentes pamphilie Iohes
aut discedens ab eis reuersus est iero
solimam Illi vero pertranseuntes pergentes
venerunt anthiochiam psidie et ingressi
synagogam die sabbatorum sederunt
Post lectionem aut legis et prophetarum
miserunt principes synagoge ad eos
dicentes Viri fratres si quis est in vobis
sermo exhortationis ad plebem dicite
Surgens aut paulus et manu silentium
indicens ait Viri israelite et qui timetis
deum audite Deus plebis israel elegit
patres nostros et plebem exaltauit cum
essent incole in terra egypti et brachio
excelso eduxit eos ex ea et per xl
annorum tempus mores eorum sustinuit
in deserto et destruens gentes vij in terra
chanaan sorte distribuit eis terram eorum
quasi post quadringentos quinquaginta
annos et post hec dedit iudices vsque
ad samuel prophetam et exinde postula
uerunt Regem et dedit eis Saul fi
lium cys virum de tribu beniamin annis
xl et amoto illo suscitauit illis dauid
regem cui et testimonium perhibens dixit
Inueni dauid filium yesse virum secundum cor
meum qui faciet omnes voluntates
meas Huius deus ex semine secundum
eduxit promissionem israel saluatorem
Ihesum predicante Iohe ante faciem ad
uentus eius baptismum penitencie omni populo
israel Cum impleret cursum suum Iohes

dicebat Quem me arbitramini esse non sum
ego sed ecce venit post me cuius
non sum dignus calciamenta pedum sol
uere Viri fratres filij generis abraham
et qui in vobis timent deum vobis
verbum salutis huius missum est Qui enim
habitabant ierusalem et principes eius hunc
ignorantes et voces prophetarum que per
omne sabbatum leguntur iudicantes
impleuerunt et nullam causam mortis in
venientes in eo petierunt a pylato
ut interficerent eum Cumque consumma
sent omnia que de ipso scripta erant de
ponentes eum de ligno posuerunt in mo
numento Deus vero suscitauit eum
a mortuis tercia die Qui visus est
per dies multos hiis qui simul ascen
derant de galilea in ierusalem Qui
usque nunc sunt testes eius ad ple
bem et nos vobis annunciamus eam que
ad patres nostros repromissio facta est
quoniam hanc deus impleuit filiis nostris
resuscitans Ihesum Sicut et in psalmo se
cundo scriptum est filius meus es tu ego hodie
genui te Quod aut suscitauit eum
a mortuis amplius non reuersurus
in corrupcionem ita dixit Quoniam da
bo vobis sancta dauid fidelia Ideoque et alias
dicit Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem
Dauid enim in sua generatione cum admini
strasset voluntati dei dormiuit et
appositus est ad patres suos et vidit
corruptionem Quem vero deus suscitauit
non vidit corruptionem Notum igitur
sit vobis viri fratres quia per hunc
vobis remissio peccatorum annunciatur
ab omnibus a quibus non potuistis
in lege moysi iustificari hic omnis
qui credit iustificatur Videte ergo
ne superueniat vobis quod dictum est in
prophetis Videte contemptores et admi
ramini et disperdimini quia opus opera
ego in diebus vestris opus quod non
credetis Si quis enarrauerit vobis

exeuntibus autem illis rogabant ut sequenti
sabbato loquerentur sibi verba hec. Cumque
dimissa esset synagoga secuti sunt multi
iudeorum et colentium advenarum pau-
lum et barnabam qui loquentes suade-
bant eis ut permanerent in gratia dei. Se-
quenti vero sabbato pene universa
civitas convenit audire verbum dei. Vi-
dentes autem turbas iudei repleti sunt
zelo et contradicebant hiis que a paulo
dicebantur blasphemantes. Tunc con-
stanter paulus et barnabas dixerunt
vobis oportebat primum loqui verbum dei
sed quoniam repulistis illud et indignos vos
iudicastis eterne vite ecce convertimur
ad gentes. Sic enim precepit nobis
dominus. Posui te in lumen gentibus ut
sis in salutem usque ad extremum terre.
Audientes autem gentes gavise sunt
et glorificabant verbum domini et crediderunt
quotquot erant preordinati ad vitam
eternam. Disseminabatur autem verbum domini
per universam regionem. Iudei autem
concitaverunt religiosas mulieres et
honestas et primos civitatis et excita-
verunt persecutionem in paulum et barna-
bam et eiecerunt eos de finibus suis.
At illi excusso pedum pulvere in
eos venerunt iconium. Discipuli
quoque replebantur gaudio et spiritu
Factum est in iconio simul xiiii sancto
introiret synagogam iudeorum
et loquerentur ita ut crederet iudeorum
et grecorum copiosa multitudo. Qui vero in-
creduli fuerunt iudei suscitaverunt et
ad iracundiam provocaverunt animas gen-
tium adversus fratres. Multo igitur tempore
demorati sunt fiducialiter agentes
in domino testimonium perhibente verbo gratie
sue dante signa et prodigia fieri per
manus eorum. Divisa est autem mul-
titudo civitatis et quidam quidem erant
cum iudeis quidam vero cum apostolis. Cum

autem factus esset impetus gentilium et iu-
deorum cum principibus suis ut contumeliis
afficerent et lapidarent eos intelligentes
confugerunt ad civitates licaonie listram
et derben et universam circa regionem et ibi
evangelizantes erant. Et quidam vir listris
infirmus pedibus sedebat claudus ex
utero matris sue qui numquam ambulaverat.
Hic audivit paulum loquentem. Qui intuitus
eum et videns quia haberet fidem ut salvus fieret
dixit magna voce. Surge super
pedes tuos rectus et exilivit et ambulabat.
Turbe autem cum vidissent quod fecerat
paulus levaverunt vocem suam licaonice
dicentes. Dii similes facti hominibus descen-
derunt ad nos et vocabant barnabam
iovem paulum vero mercurium quoniam ipse
erat dux verbi. Sacerdos vero iovis qui
erat ante civitatem tauros et coronas an-
te ianuas afferens cum populis volebat
sacrificare. Quod ut audierunt apostoli
barnabas et paulus conscissis tunicis
suis exilierunt in turbas clamantes
et dicentes. Viri quid hec facitis et nos
mortales sumus similes vobis homines annun-
ciantes vobis ab hiis vanis converti
ad deum vivum qui fecit celum et terram
mare et omnia que in eis sunt qui in preteritis
generationibus dimisit omnes gentes
ingredi in vias suas. Et quidem non sine
testimonio semetipsum reliquit bene-
faciens de celo dans pluvias et tempora
fructifera implens cibo et leticia
corda vestra. Et hec dicentes vix se-
daverunt turbas ne sibi immolarent.
Supervenerunt autem quidam ab antiochia
et iconio iudei et persuasis turbis
lapidantesque paulum traxerunt extra
civitatem estimantes eum mortuum esse.
Circumdantibus autem eum discipulis surgens
intravit civitatem et postera die profectus
est cum barnaba in derben. Cumque evan-
gelizassent civitati illi et docuissent

mltos reuſi ſt liſtra ⁊ ycomā ⁊ an
thiochiam ꝯfirmātes aīas diſciploꝝ
exhortātes ut pmanerēt i fide Et
qm p multas tribulacōes oꝫ nos i
trare i regnū celoꝝ Et cū ꝯſtitu
iſſꝫ illis p ſinglas eccīas pſbros
⁊ oraſſent cū ieiunacōibꝫ ꝯmēdauīt
eos dno in quē crediderūt Traſeū
tes pſidia venit i pamphiliam
⁊ loquentes v̄bū dni i pergen deſce
derūt i ytalia ⁊ īn nauigauīt
anthiochia vn erat traditi grē
dei i opus qđ cōpleuerūt Cū aūt
veniſſet ⁊ cōgregaſſet eccīam re
tulerūt quāta feciſſet deus cū illis
qꝛ aperuiſſꝫ gentibꝫ hoſtiū fidei mo
rati ſūt aūt tpe nō modicū cū diſci

Et quidā deſcendētes xv puli
de iudea docebāt fres qꝛ niſi
circūcidamī ſm morē moyſi nō ptis
ſalui fi Facta gº ſedicōe nō minima
paulo ⁊ barnabe adūſu illos ſta
tuerūt ut aſcenderēt paulꝰ ⁊ bar
nabas ⁊ quidā alii ex aliis ad
aplos ⁊ pſbros ſup hac qſtione
Illi gº deducti ab eccīa ptraſibāt
phenicē ⁊ ſamariā narrātes con
uerſacōem gentiū ⁊ faciebāt gau
diū magnū omībꝫ fribꝫ Cum aūt
veniſſent ihrlm ſuſcepti ſūt ab
eccīa ⁊ ab aplis ⁊ ſenioribꝫ annūci
antes quāta deꝰ feciſſꝫ cū eis Sur
rexerūt aūt quidā de hereſi phiſeoꝝ
qui crediderūt dicentes qꝛ oꝫ circūcī
di eos p̄cipere qꝫ ſuare legem
moyſi Conuenerūt qꝫ apli ⁊ ſenio
res uidere de vbo hoc Cū aūt magna
cōquiſicō fieret ſurgēs petrꝰ dixit
ad eos Viri fres vos ſcitis qꝛ ab
antiquis diebꝰ in nobis elegit deꝰ
p os meū audire gentes v̄bum
ewāgelii ⁊ credere ⁊ qui nouit corda
deus teſtimoniū phibuit dās illis

ſpm ſcm ſicut ⁊ nobis ⁊ nichil diſcreuit
int nos ⁊ illos fide purificās coꝛ
da eoꝝ Nūc gº quid temptatis deū i
ponē iugū ſup ceruice diſcipuloꝝ
qđ neqꝫ pres nri neqꝫ nos portare
potuimꝰ Sꝫ p grāciā dni nri ihu xp̄i
credimꝰ ſaluari quēadmodū ⁊ illi
Tacuit aūt omīs multitudo ⁊ audie
bāt barnabā ⁊ paulū narrātes
quāta deus feciſſꝫ ſigna ⁊ pdigia i
gentibꝫ p eos ⁊ poſtq̄ꝫ tacuerūt
rndit Jacobꝰ dicens Viri fres au
dite me Symon narrauit quē
admodū pmū deus viſitauit ſumē
ex gentibꝰ ppłm nomini ſuo ⁊ huic
ꝯcordāt v̄ba pphaꝝ ſicut ſcptum
eſt Poſt hec reuertar ⁊ edificabo tha
bernaclm dauid qđ decidit ⁊ diruta
eius ⁊ edificabo ⁊ erigā illud ut
requirāt ceteri hoīm dnm ⁊ omēs
gētes ſup quas inuocatū ē nomē
meū dicit dns faciens hec Notum
a ſclo ē dno opus ſuū ppt qđ ego
iudico nō inquietari eos qui ex
gentibꝰ ꝯuertūt ad deū ſꝫ ſcribere ad
eos ut abſtineāt ſe a cōtamina
cōibꝰ ~~ydoloꝝ~~ ſimulachroꝝ ⁊ for
nicacōe ⁊ ſuffocato ⁊ ſanguine
Moyſes enim a tpibꝰ antiquis hꝫ
i ſingulas ciuitatibꝰ qui eū pdi
cent i ſynagogis ubi p omē ſab
batū legitur Tunc placuit aplis
⁊ ſenioribꝰ cū omī eccīa eligē
viros ex eis ⁊ mittē Anthiochiā
cū paulo ⁊ barnaba Judam qui
cognominabatur barſabas ⁊ ſylā
primos i fribꝰ ſcribentes p manꝰ
eoꝝ Apli ⁊ fres hijs qui ſūt an
thiochie ⁊ Syrie ⁊ Cilicie fribꝰ
ex gentibꝰ ſalutē Quoniā audiuimꝰ
quidam ex nobis exeuntes turba
uit vos v̄bis euertentes aīas ve
ſtras quibꝰ nō mādauimꝰ placuit

nobis collectis in unum eligere viros
et mittere ad vos cum karissimo paulo et
Barnaba hominibus qui tradiderunt ani
mas suas pro nomine dni ihesu xpi. Misi
mus ergo iudam et sylam qui et ipsi nob
bis referent eadem. Visum est enim spiri
tui sancto et nobis nichil imponere vobis
oneris quam hec necessario ut abstineatis
vos ab ymolatis symulacrorum et
sanguine suffocato et fornicacione
a quibus abstinentes bene agetis. Va
lete. Illi igitur dimissi descenderunt
Antiochiam et congregata multitudine
tradiderunt epistolam. Quam cum legis
sent gavisi sunt super consolacione.
Judas autem et sylas et ipsi cum essent
prophete verbo plurimo consolati sunt
fratres et confirmaverunt. Facto autem tempore
dimissi sunt cum pace ad eos qui
miserant illos. Visum est autem sile
ibi remanere. Judas autem solus abiit.
Paulus autem et barnabas demora
bantur antiochie docentes et evan
gelizantes cum aliis pluribus verbum
dni. Post aliquot autem dies dixit ad
Barnabam paulus. Revertentes visi
temus fratres per universas civitates
in quibus predicavimus verbum dni quo
modo se habeant. Volebat secum assumere et
Johannem qui cognominabatur marcus. Pau
lus vero rogabat eum ut qui disces
sisset ab eis de pamphilia et non ve
nisset cum eis in opus non debere reci
pi. Facta est autem dissensio ut ita
discederent ab invicem et barnaba
quidem assumpto marco navigaret
cyprum. Paulus vero electo syla profectus
est traditus gratie dei a fratribus. Peram
bulabat autem syriam et ciliciam con
firmans ecclesias precipiens custodire
precepta apostolorum et seniorum.

Dum circuisset has naciones per
venit autem in derben et listra.
Et ecce discipulus quidam
erat ibi nomine thymotheus filius
mulieris vidue fidelis patre gentili. Hu
ic testimonium bonum reddebat qui in
listris erant et yconie fratres. Hunc voluit
paulus secum proficisci et assumens
circumcidit eum propter iudeos qui erant
in illis locis. Sciebant enim omnes quod
pater eius gentilis esset. Cum autem pertran
sibat civitates tradebat eis custodire
dogmata que erant decreta ab apostolis
in senioribus qui erant iherusalem. Et
ecclesie quidem confirmabantur fide et ha
bundabant numero cottidie. Transeun
tes autem frigiam et galacie regionem
vetati sunt a spiritu sancto loqui verbum in
asya. Cum venissent autem in misia
temptabant ire in bythinia et non per
misit eos spiritus ihesu. Cum autem per
transissent misia descenderunt troade
et visio per noctem paulo ostensa est.
Vir macedo quidem erat stans et de
precans eum et dicens. Transiens in mace
doniam adiuva nos. Ut autem visum
vidit statim quesivimus proficisci in
macedoniam certi facti quod vocasset nos
deus evangelizare eis. Navigantes autem a tro
ade recto cursu venimus samotrachiam
et sequenti die neapolim et inde philippis
que est prima partis macedonie civitas
colonia. Eramus autem in hac urbe
diebus aliquot conferentes. Die autem sab
batorum egressi sumus foras iuxta
portam iuxta flumen ubi videbatur
oracio esse et sedentes loquebamur muli
eribus que convenerant. Et quedam
mulier nomine purpuraria civitatis tya
tyrenorum colens deum audivit. Cuius
dns aperuit cor intendere hiis que
dicebantur a paulo. Cum autem baptizata
esset et domus eius deprecata est dicens
Si iudicastis me fidelem dno esse introi
te domum meam et manete. Et factum est
autem euntibus nobis ad oracionem puel
lam quandam habentem spiritum phyto-

tone obuiare nob que qstu mag'm
pstabat dnis suis diuinado hec
subsecuta paulu 7 nos clamabat
dicens Isti homines srui excelsi st
qui annuntiat nob via salutis hoc
aut faciebat multis dieb9 Dolens
aut paulus 7 conuisus dixit spui p
tipio t' i nomine ihu xpi exire ab ea
7 exijt eadem ho Videntes at dni
eius qz exiuit spes qstus eoz ap
phendentes paulu 7 syla pduxerut
ad foz ad pncipes 7 offeres eos ma
gistratib9 dixerunt Hij homines co
turbat ciui(tatem) nram cu sint iudei 7
annuntiat more quo no licz nobis
suscipe neqz face cu sim9 Romani
Et cucurrit plebs adusus eos 7 ma
gistrat9 scissis tunic eoz iusserut
eos v'gis cedi Et cu multas plagas
eis in posuissent miserut eos in
carcem pcipientes custodi ut di
ligent' custodiret eos Qi cu tale p
cepta accepit misit eos i interiore
carcem 7 pedes eoz strinxit ligo.
Media aut nocte paulus 7 sylas
adorantes laudabat deu qui i cus
todia erat Subito no tre motus
fctus e magn9 ita ut moueret' fu
damenta carceris euaginato gladio
volebat se intfice estimas fugisse
vinctos Clamauit aut paulus voce
mag' dices Nichil feceris t' mali q
uniuersi hic sim9 Petito qz lume
ingressus e 7 tremefctus pcidit
paulo 7 syle ad pedes 7 pducens
eos foras ait Dne quid me oz facere
ut saluus fiam At illi dixerunt Crede
i dnm ihm 7 saluus eris tu 7 dom9
tua 7 locuti st ei vbu dni cu oib9
qui erat i domo ei9 7 tollens eos
illa ho noctis lauit plagas eoz
7 baptisat9 est ipe 7 omis dom9
ei9 qtinuo Cumqz pduxissz eos
in domu sua apposuit eis mesa

7 letat9 e cu omi domo sua credes deo
Et cu dies fctus essz miserut magrat9
littores dicentes Dimitte hoies
illos Nuntiat' aut custos carceris
vba h paulo qz miserut magratos
ut dimittam Nuc igi' exeuntes ite
i pace Paulus aut dixit eis Cesos
nos publice i dempnatos homines
Romanos miserunt i carcem 7 nunc
occulte nos eiciunt Non ita sed ve
niat 7 ipi nos eiciat Nuntiauerut
aut magratib9 littores vba hec
Timuerut audito qz Romani eent 7
venientes deprecati sunt eos 7 edu
centes rogabat ut egrederent de
vrbe Exeuntes aut de carcere in
trauerut ad lyddia 7 visis fribus
consolati

Cum aut pam
bulassent amphipolim eos
7 psta sut 7 appoloniam venerunt
thessalonica vbi erat synagoga
iudeoz Scdm qsuetudine aut
Paulus introiuit ad eos 7 p sab
bata tria dissebat eis de scripturis
ad apiens 7 i sinuans xpm oportuit
pati 7 resurge amortuis Et qz
hic e ihus xpus que e'o annuntio
vobis Et quida ex eis crediderut
7 adiuncti sut paulo 7 syle 7 de co
lentib9 gentilib9 qz multi'do mag'
7 mulieres nobiles no pauce Zelantes
aut iudei assumentesqz de vulgo
viros quosda malos 7 turba fca
cotiirbauerut ciui(tatem) Et assistentes
domui iasonis qrebat eos p
duce i ppim Et cu no i venisset
eos trahebat iasone 7 quosdam
fres ad pncipes ciuitat' clamantes
qm hij qui orbem qcitat 7 huc
venerut quos suscepit iason Et
hij omis qtra decreta cesaris fa'ut
regem aliu dicentes ee ihm Co
citauerut aut plebe 7 pncipes
ciuitatis audientes hec 7 accepta

satisfactione ab Jasone et ceteris dimi
serunt eos. Fratres vero confestim per noc
tem dimiserunt Paulum et Sylam in
Beroeam. Qui cum venissent in sy
nagogam iudeorum introierunt. Hij
autem erant nobiliores eorum qui sunt
thesalonice qui susceperunt verbum cum
omni auiditate cottidie scrutantes
scripturas si hec ita se haberent. Et multi
quidem crediderunt ex eis et gentilium
mulierum honestarum et viri non pauci.
Cum autem cognouissent in thessa
lonica iudei quia et Beroe predicatum
est a paulo verbum dei venerunt et illuc
commouentes et turbantes multitudinem.
Statimque paulum tunc dimiserunt ut
iret vsque ad mare. Sylas autem et thy
motheus remanserunt ibi. Qui autem
ducebant paulum perduxerunt eum vsque
ad athenas et accepto mandato ab
eo ad Sylam et thymotheum ut quam
celerius venirent ad illum profecti sunt. Pau
lus autem cum athenis eos expectaret
incitabatur spiritus eius in ipso videns
ydolatrie deditam ciuitatem. Disputa
bat igitur in synagoga cum iudeis et col
lentibus et in foro per omnes ad eos
qui audierant. Quidam autem Epycurei
et stoyci philosophi disserebant cum eo. Qui
dam dicebant quid vult hic semina
tor verborum hic dicere. Alij vero no
uorum demoniorum videtur annunciator
esse quia Jhesum et resurrectionem annunciabat eis
et apprehensum eum ad ariopagum dux
erunt dicentes possumus scire que hec
noua que a te dicitur doctrina. Noua quedam
infers auribus nostris volumus igitur scire
quidnam velint hec esse. Athenienses
autem omnes et aduene ad nichil aliud
vacabant nisi aut dicere aut audire
aliquid noui. Stans autem paulus in medio
ariopagi ait. Viri athenienses per
omnia quasi superstitiosos vos video.
Preteriens enim et videns simulacra
vestra inveni et aram in qua scriptum erat
Ignoto deo. Quod ergo ignorantes co
litis hoc ego annuncio vobis. Deus qui
fecit mundum et omnia que in eo sunt hic
celi et terre cum sit dominus non in manufactis
templis habitat nec manibus humanis colli
tur indigens aliquo cum ipse det vitam
et inspirationem et omnia. Fecitque ex vno
omne genus hominum inhabitare super vniuer
sam faciem terre diffiniens tempora statuta
et terminos habitationis eorum querere deum
si forte attractent eum aut inveniant
quamuis non longe sit ab vno quoque nostrum.
In ipso enim viuimus et mouemur et sumus
sicud et quidam vestrum poetarum dixerunt
Ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum si
mus dei non debemus estimare auro
vel argento vel lapidi sculpture ar
tis et cogitacionis hominum diuinum esse
simile. Et tempora quidem huius ignorancie
despiciens deus hunc annunciat hominibus
ut omnes vbique penitentiam agant eo quod statuit
diem in quo iudicaturus est orbem
in equitate in viro in quo statuit fidem
prebens omnibus suscitans eum a mortuis.
Cum audissent autem resurrectionem mortuorum
quidam quidem irridebant quidam vero
dixerunt audiemus te de hoc iterum.
Sic paulus exiuit de medio eorum.
Quidam vero viri adherentes ei credi
derunt in quibus et dyonisius ariopa
gita et mulier nomine damaris et alij cum
eis.

Post hec egressus
ab athenis venit corinthum
et inveniens quendam iudeum nomine
aquilam ponticum genere qui nuper
venerat ab ytalia et priscillam vxorem
eius eo quod precepisset claudius di
scedere omnes iudeos a roma accessit
ad eos. Et quia eiusdem erat artis ma
nebat apud eos et operabatur. Erant
autem scenofactorie artis. Cum ve
nissent autem de macedonia Sylas
et thymotheus instabat verbo paulus

testificans iudeis ee ihm xpm Contra
dicentibus aut eis et blasphemantibus
excuciens vestimenta dixit ad eos
Sanguis vester sup caput vestrum mundus ego
ex hoc ad gentes vadam Et migrans in
trauit in domum cuiusdam nomine tyci
iusti colentis deum cuius domus erat co
iuncta synagoge Crispus aut archi
synagogus credidit dno cum omni
domo sua et multi corinthiorum audi
entes credebant et baptizabantur Dixit
dns nocte p visionem paulo Noli ti
mere sz loquere et ne taceas ppter quod ego
tecum sum et nemo apponetur ut no
ceat te quoniam ppls est mihi multus in hac ci
uitate Sedit aut annum et sex me
ses docens apud eos vbum dei Ga
lieno aut pconsule achaie insurre
xerunt vno animo iudei in paulum
et adduxerunt eum ad tribunal dicentes
Quia contra legem hic psuadet ho
minibus colere deum Incipiente autem
paulo aperire os dixit gallio ad iudeos
Siquidem esset iniquum aliquid aut facinus pes
simum o viri iudei recte vos sustinerem
Si vero questiones sunt de vbo et nominibus
legis vestre vos ipsi videritis iudex ego
horum esse nolo Et minauit eos a tribunali
Apphendentes aut omnes Sostenem
principem synagoge percuciebant eum
ante tribunal et nichil horum gallioni cure
erat Paulus vero cum adhuc sustinuisset
dies multos fratribus valefaciens
nauigauit Syriam et cum eo priscilla
et aquila qui sibi totonderat in cench
reis caput habebat enim votum Deuenit
quoque Ephesum et illos ibi reliquit Ipse
vero ingressus synagogam disputa
bat cum iudeis Rogantibus aut eis ut
ampliori tempore maneret non consensit
sz valefaciens et dicens Iterum reuertar
ad vos deo volente pfectus est ab
Epheso et descendens cesarea ascen
dit et salutauit ecclesiam et descendit
Anthiochiam Et facto illo aliquanto

tempore pfectus est pambulans ex ordine
Galatica regionem et frigiam confirmans
omnes discipulos Iudeus aut quidam
Appollo nomine allexandrinus genere
vir eloquens deuenit ephesum po
tens in scripturis hic erat edoctus viam
dni et feruens spu loquebatur et docebat
ea que sunt ihu sciens tm baptisma iohis
hic g(ergo) cepit fiducialiter agere in synago
ga Quem cum audissent priscilla et aquila as
sumpserunt eum et diligencia exposuerunt
ei viam dni Cum aut vellet ire achaj
am exhortati fratres scripserunt dis
cipulis ut susciperent eum Qui cum
venisset contulit multum his qui
crediderunt/ Vehementer enim iudeos
reuincebat publice ostendens p scrip
turas ee xpm ihm

Factum est aut cum appollo esset
Corinthi et paulus pagratis
superioribus ptibus veniret ephesum
et inueniret quosdam de discipulis
dixitque ad eos Si spm scm acce
pistis credentes At illi dixerunt
ad eum Sz neque si spus scus est au
diuimus Ille vero ait In quo g(ergo) baptiza
ti estis Qui dixerunt In iohis baptismate
Dixit aut paulus Iohes baptizauit
baptismo penitencie ppl'm in eum dicens
qui venturus est post ipm ut crederent
hoc est in ihm Hiis auditis baptisati
sunt in nomine dni ihu Et cum inpo
suisset illis manus paulus venit
spus scus sup eos et loquebantur lin
guis et pphetabant Erant aut omnes
viri fere xij Introgressus aut sy
nagogam cum fiducia loquebatur p tres
menses disputans et suadens de regno
dei Cum aut quidam indurarentur et
non crederent maledicentes viam dni
coram multitudine discedens ab eis segre
gauit discipulos cottidie in scola ty
ranni cuiusdam Hoc aut factum est p bien
nium ita ut omnes qui habitarent in
Azia audirent vbum dei atque gentiles.

virtutesque quaslibet faciebat deus per manus
pauli ita ut etiam super languidos de
ferrentur a corpore eius sudaria vel semi
cinctia & recedebant ab eis langores
et spiritus nequam egrediebantur. Temptave
runt autem quidam et de circumeuntibus iu
deis exorcistis invocare super eos
qui habebant spiritus malos nomen domini
ihesu dicentes Adiuro vos per ihesum quem
paulus predicat. Erant autem quidam
sceve iudei principis sacerdotum septem
filii qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus
nequam dixit. Ihesum novi et paulum
scio Vos autem qui estis et insiliens
in eos homo in quo erat demonium pes
simum et dominatus amborum invaluit contra
eos ita ut nudi et vulnerati effugerent
de domo illa. Hoc autem notum factum est
omnibus iudeis atque gentibus qui habitabant
Ephesi & cecidit timor super omnes
illos et magnificabatur nomen domini ihesu
multique credentium veniebant confi
tentes et annunciantes actus suos
Multi autem ex eis qui erant curiosa
secta contulerunt libros et combusse
runt coram omnibus & conputatis preciis
illorum invenerunt pecuniam denariorum
quinquaginta milium. Ita fortiter verbum
dei crescebat et confirmabatur. His autem
expletis proposuit paulus in spiritu tran
sita macedonia et achaia ire ie
solimam dicens Quoniam postquam fuero ibi
oportet me et romam videre. Mittens autem
duos ex ministrantibus sibi thimotheum
& erastum ipse remansit ad tempus in
asya. Facta autem illo tempore turbatio non
minima de via domini. Demetrius enim
quidam nomine argentarius faciens edes
argenteas dyane prestabat arti
ficibus non modicum questum. Quos
convocans et eos qui huiusmodi opifices
dixit Viri scitis quia de hoc artificio
acquisitio est nobis et videtis et au
ditis quia non solum ephesi sed pene
totius asye paulus hic suadens avertit multam
turbam dicens quoniam non sunt dii qui manibus
fiunt. Non solum autem hec periclitabitur nobis
pars in redargutionem venire sed et magne
dyane templum in nichilum reputabitur
sed et destrui incipiet maiestas eius
quam tota asia et orbis colit. His au
ditis repleti sunt ira et exclamaverunt di
centes Magna dyana ephesiorum et
impleta est civitas confusione et
impetum fecerunt uno animo in theatrum
rapto Gayo et aristarcho macedonibus
comitibus pauli. Paulo autem volente
intrare in templo non permiserunt
discipuli. Quidam autem et de asye principibus
qui erant amici eius miserunt ad eum
dicentes ne se daret in theatrum
Alii autem aliud clamabant. Erat enim
ecclesia confusa et plures nesciebant qua
ex causa convenissent. De turba autem
detraxerunt allexandrum propellentibus
eum iudeis. Allexander autem manu
silencio postulato volebat reddere ratio
nem populo. Quem ut cognoverunt iudeum
esse vox facta est una omnium quasi per horas
duas clamantium Magna dyana ephe
siorum. Et cum sedasset scriba turbas dixit
Viri ephesii quis enim est hominum qui
nesciat civitatem cultricem esse magne dya
ne iovisque prolis. Cum ergo hiis contra
dici non possit oportet vos sedatos esse
et nichil temere agere. Adduxistis enim
homines istos neque sacrilegos neque blas
phemantes deam vestram. Quod si deme
trius et qui cum eo sunt artifices habent
adversus aliquem causam conventus forenses
aguntur et proconsules sunt accusent invicem
Si quid autem alterius rei queritis in legi
tima ecclesia poterit absolvi. Nam et peri
clitamur argui sedicionis hodierne
cum nullus obnoxius sit de quo possimus
reddere rationem concursus istius. Et cum hec
dixisset dimisit ecclesiam

Postquam autem cessavit tumultus, vocatis
Paulus discipulis et exhortatus eos
valedixit, et profectus est ut iret in Mace-
doniam. Cum autem perambulasset partes il-
las et exhortatus eos fuisset multo
sermone, venit ad Greciam. Ubi cum fecis-
set menses tres, facte sunt illi insidie a Iu-
deis navigaturo in Syriam, habuitque con-
silium ut reverteretur per Macedoniam. Comi-
tatus est autem eum Sosipater Pyrrhi Beroensis,
Thessalonicensium vero Aristarchus et Secundus
et Gaius Derbeus et Timotheus, Asia-
ni vero Tychicus et Trophimus. Hii cum prees-
sent, sustinuerunt nos Troade. Nos vero
navigavimus post dies azimorum a Phi-
lippis, et venimus ad eos Troadem in diebus
quinque, ubi demorati sumus diebus sep-
tem. Una autem sabbati cum venissemus ad
frangendum panem, Paulus disputabat
cum eis profecturus in crastinum, protraxitque
sermonem usque in mediam noctem. Erant
autem lampades copiose in cenaculo
ubi eramus congregati. Sedens autem
quidam adolescens nomine Euticus super
fenestram, cum mergeretur sompno gravi dispu-
tante diu Paulo, ductus sompno cecidit
de tercio cenaculo deorsum et sublatus
oblatus est mortuus. Ad quem cum de-
scendisset Paulus, incubuit super eum
et complexus dixit: Nolite turbari,
anima enim ipsius in eo est. Ascendens autem frangensque
panem et gustans satisque allocutus usque
in lucem, sic profectus est. Adduxerunt
autem puerum vivum et consolati sunt non minime.
Nos autem ascendentes navem navi-
gavimus in Asson, inde suscepturi Pau-
lum. Sic enim disposuerat ipse per terram
iter facturus. Cum autem convenisset nos
in Asson, assumpto eo venimus Mitylenen,
et inde navigantes sequenti die venimus
contra Chium, et alia die applicuimus Samum,
et sequenti die venimus Miletum. Pro-
posuerat enim Paulus transnavigare
Ephesum, ne qua mora fieret illi in Asia.
Festinabat enim si possibile sibi esset
ut diem Pentecostes faceret Ierosolimis.
A Mileto autem mittens Ephesum
vocavit maiores natu ecclesie. Qui cum
venissent ad eum et simul essent, dixit ad eos:
Vos scitis a prima die qua ingressus
sum in Asiam qualiter vobiscum per omne
tempus fuerim, serviens Domino cum omni
humilitate et lacrimis et temptationibus
que mihi acciderunt ex insidiis Iudeorum,
quomodo nichil subtraxerim utilium quo
minus annunciarem vobis et docerem vos
publice et per domos, testificans Iudeis
atque gentilibus in Deum penitentiam et fidem
in Dominum Ihesum Christum. Et nunc ecce alligatus
ego spiritu vado in Ierusalem, que in ea
ventura sint mihi ignorans, nisi quod Spiritus
Sanctus per omnes civitates protestatur mihi dicens
quoniam vincula et tribulationes me ma-
nent. Sed nichil horum vereor, nec facio
animam meam preciosiorem quam me, dum-
modo consummem cursum meum et ministerium quod
accepi a Domino Ihesu, testificari evangelium
gratie Dei. Et nunc ecce ego scio quia
amplius non videbitis faciem meam
vos omnes per quos transivi predicans
regnum Dei. Quapropter contestor vos
hodierna die quia mundus sum a sanguine
omnium. Non enim subterfugi quominus
annunciarem omne consilium Dei vobis.
Attendite vobis et universo gregi in
quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos
regere ecclesiam Dei quam acquisivit
sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt
post discessionem meam lupi rapa-
ces in vos non parcentes gregi, et
ex vobis ipsis exurgent viri loquen-
tes perversa ut abducant discipulos post
se. Propter quod vigilate memoria reti-
nentes quoniam per triennium nocte et die non
cessavi cum lacrimis monens unum-
quemque vestrum. Et nunc commendo vos Deo
et verbo gratie ipsius qui potens est edificare

et dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Ar
gentum et aurum aut vestitum nullius con
cupivi ipsi scitis quoniam ad ea que michi
opus erant et his qui mecum sunt ministra
verunt manus iste. Omnia ostendi vobis
quoniam sic laborantes oportet suscipere in
firmos ac meminisse verbi domini Ihesu
quoniam ipse dixit Beatius est magis
dare quam accipere. Et cum hec dixisset
positis genibus suis cum omnibus illis
oravit. Magnus est autem fletus factus
omnium et procumbentes super collum Pau
li osculabantur eum dolentes maxime
in verbo quod dixerat quoniam amplius faciem
eius non essent visuri et deducebant eum.
Cum autem factum esset Ad navem
ut navigaremus abstracti
ab eis recto cursu venimus Choum et seque
nti die Rodhum et inde Patharam et cum
venissemus navem transfretantem
in Phenicem ascendentes navigavimus.
Cum apparuissemus autem Cypro relin
quentes eam ad sinistram naviga
vimus in Syriam et venimus Tyrum. Ibi
enim navis expositura erat onus. Inven
tis autem discipulis mansimus ibi dies
septem qui Paulo dicebant per spiritum
ne ascenderet Ierosolimam. Et expletis
diebus profecti ibamus deducentibus
nos omnibus cum uxoribus et filiis
usque foras civitatem et positis genibus
in littore oravimus. Et cum valefecis
semus invicem ascendimus navem. Illi
autem redierunt in sua. Nos vero navi
gatione expleta a Tyro descendimus
Ptolomaydam et salutatis fratribus
mansimus die una apud illos. Alia
autem die profecti venimus Cesaream et in
trantes domum Philippi evangeliste qui
erat unus de vii mansimus apud eum.
Huic autem erant iiii^or virgines prophe
tantes. Et cum moraremur per dies ali
quot supervenit quidam propheta nomine
Agabus. Is cum venisset ad nos tulit

zonam Pauli et alligans sibi pedes et
manus dixit Hoc dicit Spiritus sanctus Virum
cuius est zona hec sic alligabunt in
Ierusalem Iudei et tradent in manus gentium.
Quod cum audissemus rogabamus nos et
qui loci illius erant ne ascenderet Iero
solimam. Tunc respondit Paulus et dixit
Quid facitis flentes et affligentes
cor meum? Ego enim non solum alligari
sed et mori in Ierusalem paratus sum propter nomen
domini Ihesu. Et cum ei suadere non possemus
quievimus dicentes Domini voluntas fiat.
Post dies autem istos preparati ascendebamus
Ierusalem. Venerunt autem et ex discipulis
a Cesarea nobiscum adducentes apud
quem hospitaremur Nasonem quendam
Cyprium antiquum discipulum. Et cum ve
nissemus Ierosolimam libenter nos ex
ceperunt fratres. Sequenti autem die in
troibat Paulus nobiscum ad Iacobum
omnesque collecti sunt seniores. Quos
cum salutasset narrabat per singula que
fecisset deus in gentibus per ministerium
ipsius. At illi cum audissent magni
ficabant dominum dixeruntque ei Vides
frater quot milia sunt in Iudeis qui crediderunt
et omnes emulatores sunt legis. Audierunt
autem de te quia discessionem doceas a
Moyse eorum qui per gentes sunt Iudeo
rum dicens non debere eos circumcidere filios
suos neque secundum consuetudinem ingredi.
Quid ergo est? Utique oportet convenire mul
titudinem. Audient enim te supervenisse.
Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri iiii^or
votum habentes super se. His assumptis sanc
tifica te cum illis et impende in illis ut ra
dant capita et sciant omnes quia que de te au
dierunt falsa sunt sed ambulas et ipse cus
todiens legem. De his autem qui cre
diderunt ex gentibus nos scripsimus iu
dicantes ut abstineant se ab ydolotitis
et immolato sanguine suffocato et
fornicatione. Tunc Paulus assumptis
viris postera die purificatus

cum illis intrauit in templum annuncians
expletionem dierum purificationis donec
offerretur pro unoquoque eorum oblacio Dum
autem septem dies consumarentur hii qui de
asya erant iudei cum vidissent eum in
templo concitauerunt populum et iniecerunt
ei manus clamantes Viri israhelite adiu
uate hic est homo qui aduersus populum et
legem et locum hunc omnes ubique docens
insuper et gentiles induxit in templum et
violauit sanctum locum istum Viderant enim
trophimum ephesium in ciuitate cum ipso
quem estimauerunt quoniam in templum intro
duxisset paulus Commotaque ciuitas
tota et facta est concursio populi et apprehen
dentes trahebant extra templum
et statim clause sunt ianue Querentibus
autem eum occidere nunciatum est tribuno
cohortis quia tota confunditur ierusalem Qui
statim assumptis militibus et centurionibus
decurrit ad illos Qui cum vidissent
tribunum cessauerunt percutere paulum Tunc
accedens apprehendit eum tribunus et
iussit alligari cathenis duabus et
interrogabat quis esset et quid fecisset
alii autem aliud clamabant in turba
et cum non posset certum cognoscere pre tumultu
iussit duci eum in castra Et cum ve
nisset ad gradus contigit ut portaretur
a militibus propter vim populi Sequebatur enim
multitudo populi clamans Tolle eum Et cum
cepisset duci in castra paulus dicit tribuno
Si licet mihi loqui aliquid ad te Qui dixit
grece nosti Nonne tu es egyptius
qui ante hos dies tumultum concitasti
et eduxisti in desertum quatuor milia viro
rum sicariorum Et dixit ad eum paulus
Ego homo sum quidem iudeus a tarso
cilicie non ignote ciuitatis municeps
Rogo autem te permitte mihi loqui ad
Et cum ille permisisset apostolus
paulus stans in gradibus annuit
manu ad plebem et magno silentio
facto allocutus est hebrea lingua
dicens Viri fratres et patres audite quam
ad vos nunc reddo racionem Cum audis
sent autem quia hebrea lingua loqueretur
ad illos magis prestiterunt silencium
et dixit Ego sum vir iudeus natus
tarso cilicie nutritus autem in ista ciuitate
secus pedes gamalielis eruditus iuxta
veritatem paterne legis emulator sicut
et vos estis hodie qui hanc viam per
secutus sum usque ad mortem alli
gans et tradens viros ac mulieres
sicut princeps sacerdotum mihi testimonium
reddit Et omnes maiores a quibus
epistolas accipiens ad fratres damascum
pergebam ut adducerem inde vinctos
in ierusalem ut punirentur Factum est autem eunte
me et appropinquante damasco media
die subito de celo circumfulsit me lux
copiosa et decidens in terram audiui vo
cem dicentem mihi Saule saule quid me
persequeris Ego autem respondi Quis es
tu domine Dixitque ad me Ego sum
ihesus nazarenus quem tu persequeris
Et qui mecum erant lumen quidem vide
runt vocem autem eius non audierunt qui
loquebatur mecum Et dixi Quid faciam
domine Dominus autem dixit ad me Surge
vade in damascum ibi tibi dicetur
de omnibus que oportet te facere Et cum non
viderem pre claritate luminis illius ad manum
deductus a comitibus veni damascum
Ananias autem quidam vir secundum legem
testimonium habens ab omnibus habitantibus
iudeis veniens ad me et stans dixit
mihi Saule frater respice Et ego eadem
hora respexi in eum At ille dixit
Deus patrum nostrorum preordinauit te
ut cognosceres voluntatem eius et videres
iustum et audires vocem ex ore eius
quia eris testis illius ad omnes homines
eorum que vidisti et audisti Et nunc quid mo
raris Exurge et baptizare et ablue pecca
ta tua inuocato nomine ipsius Factum est

autem reuertenti in iherusalem et oranti in templo fi-
eri me in stupore mentis et uidere illum dicentem
mihi festina et exi uelociter ex iherusalem quia
non recipient testimonium tuum de me. Et ego
dixi Domine ipsi sciunt quia ego eram con-
cludens in carcerem et cedens per synagogas
eos qui credebant in te. Et cum funderetur
sanguis stephani testis tui ego asta-
bam et consentiebam et custodiebam ues-
timenta interficientium illum. Et dixit ad me
Vade quoniam ego ad nationes longe mit-
tam te. Audiebant autem eum usque ad hoc uerbum
Et leuauerunt uocem suam dicentes Tol-
le de terra huiusmodi non enim fas est eum
uiuere. Vociferantibus autem illis et proi-
cientibus uestimenta sua et puluerem
iactantibus in aerem iussit tribunus indu-
ci eum in castra et flagellis cedi et tor-
queri ut sciret propter quam causam sic
acclamarent ei. Et cum astrinxissent
eum loris dixit astanti sibi cen-
turioni Paulus. Si hominem romanum
et indempnatum licet uobis flagellare
Quo audito centurio accessit ad tribunum
et nunciauit dicens Quid acturus es
hic enim homo ciuis romanus est. At ille
dixit Etiam. Et respondit tribunus Ego mul-
ta summa ciuilitatem hanc consecutus sum
Et paulus ait Ego autem et natus sum. Protinus
ergo discesserunt ab illo qui eum torturi
erant. Tribunus quoque timuit postquam
resciuit quia ciuis romanus esset et quia al-
ligasset eum. Postera autem die uo-
lens scire diligentius qua ex causa
accusaretur a iudeis soluit eum et
iussit sacerdotes conuenire et omne con-
cilium et producens paulum statuit inter
Intendens autem in concilium 23 illos
paulus ait Viri fratres ego omni
conscientia bona conuersatus sum ante deum
usque in hodiernum diem. Princeps
autem sacerdotum ananias precepit asta-
ntibus sibi percutere os eius. Tunc
Paulus ad eum dixit Percutiet

te deus paries dealbata. Et tu sedens iudi-
cas me secundum legem et contra legem me
iubes percuti. Et qui astabant dixerunt
Summum sacerdotem dei maledicis. Dixit
autem paulus Nesciebam fratres quia princeps
est sacerdotum. Scriptum est enim Principem populi tui
non maledices. Sciens autem paulus quia
una pars esset saduceorum et altera phari-
seorum exclamauit in concilio Viri fratres
Ego phariseus sum filius phariseorum
de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor
Et cum hoc dixisset facta est dissensio inter
phariseos et saduceos et soluta est multi-
tudo. Saducei enim dicunt non esse resurrectionem
neque angelum neque spiritum. Pharisei autem
utraque confitentur. Factus est autem clamor
magnus et exurgentes quidam phariseorum
pugnabant dicentes Nichil mali in-
uenimus in homine isto. Quid si spiritus lo-
cutus est ei aut angelus. Et cum magna
dissensio facta esset timens tribunus
ne discerperetur paulus ab ipsis iussit mi-
lites descendere et rapere eum de medio
eorum ac deducere eum in castra. Se-
quenti autem nocte assistens ei
dominus ait Constans esto. Sicut enim
testificatus es de me in iherusalem sic
te oportet et rome testificari. Facta autem
die collegit quidam ex iudeis et de-
uouerunt se dicentes neque manduca-
turos neque bibituros donec occiderent
Paulum. Erant autem plus quam quadraginta uiri
qui hanc coniurationem fecerant. Qui ac-
cesserunt ad principes sacerdotum et
seniores et dixerunt deuotione deuo-
uimus nos nichil gustaturos donec
occidamus paulum. Nunc ergo uos no-
tum facite tribuno cum concilio ut ad-
ducat illum ad uos tamquam aliquid certius
cognituri de illo. Nos uero priusquam ap-
propiet parati sumus interficere illum. Quod
cum audisset filius sororis pauli insidias

venit et intrauit in castra nunciauitque paulo
vocans autem paulus unum ad se de cen
turionibus ait adolescentem hunc perduc
ad tribunum duxit et ait vinctus paulus
rogauit me adolescentulum hunc per
ducere ad te habentem aliquid loqui tibi
Apprehendens autem tribunus manum eius
secessit cum eo seorsum et interrogauit
illum quid est quod habes indicare michi
Ille autem dixit iudeis conuenit rogare
te ut crastina die paulum producas
in concilium quasi aliquid certius inquisi
turi sint de illo Tu uero ne credideris
illis insidiantur enim ei ex eis viri
amplius quam xl qui se deuouerunt non
manducare neque bibere donec interficiant
illum et nunc parati sunt expectantes
promissum tuum Tribunus igitur dimi
sit adolescentulum precipiens ne cui
loqueretur quoniam hec nota sibi fecisset Et
conuocatis centurionibus dixit illis
parate milites ducentos ut eant usque
ad cesaream et equites lxx et lance
arios ducentos a tercia hora noctis et
iumenta preparate ut imponentes pau
lum saluum perducerent ad felicem pre
sidem scribens epistolam continentem verba
hec Claudius lysias optimo presidi fe
lici salutem virum hunc apprehensum
a iudeis et incipientem interfici ab eis
superueniens cum exercitu eripui cognito
quia romanus est volensque scire causam
quam obiciebant ei deduxi eum in con
cilium eorum quem inueni accusari de
questionibus legis ipsorum nichil uero dignum
morte aut vinculis habentem crimen
Et cum michi perlatum esset de insidiis que pre
parauerant ei misi eum ad te denuncians
et accusatoribus ut dicant apud te
Milites ergo secundum preceptum sibi assumen
tes paulum duxerunt per noctem in anti
patridem et postera die dimissis
equitibus ut irent cum eo reuersi sunt
ad castra Qui cum venissent cesaream

et tradidissent epistolam presidi statuerunt an
te illum et paulum Cum legisset autem et inter
rogasset de qua prouincia esset et cog
noscens quia de cilicia audiam te inquit
cum accusatores tui venerint iussit
in pretorio herodis custodiri eum
Post quinque autem dies descendit
princeps sacerdotum ananias cum
senioribus quibusdam et tertullo quodam
oratore qui adierunt presidem aduer
sus paulum Et citato paulo cepit
accusare tertullus dicens Cum in multa
pace agamus et multa corrigantur per tuam
prouidentiam et ubique suscipimus
optime felix cum omni gratiarum actione Ne
diutius autem te protraham oro breuiter
audias nos pro tua clementia Inue
nimus hunc hominem pestiferum et con
citantem sediciones omnibus iudeis in
vniuerso orbe et auctorem sedicionis
secte nazarenorum qui etiam templum
violare conatus est quem et apprehensum
voluimus secundum legem nostram iudicare
Superueniens autem lysias cum vi magna
eripuit eum de manibus nostris iubens
accusatores eius ad te venire a quo
poteris ipse iudicans ab hominibus istis
cognoscere de quibus nos accusamus
eum Adiecerunt autem et iudei dicentes
hec ita se habere Respondit autem paulus
annuente sibi preside dicere Ex multis
annis te esse iudicem genti huic sciens
bono animo pro me satisfaciam Potes
enim cognoscere quia non plus sunt michi
dies quam xii ex quo ascendi adora
re in ierusalem Et neque in templo inue
nerunt me cum aliquo disputantem aut
concursum facientem turbe neque in syna
gogis neque in ciuitate possunt probare tibi
de quibus nunc me accusant Confi
teor autem hoc tibi quod secundum sectam
quam dicunt heresim sic seruio deo
meo patri credens omnibus que in lege

prophetis scripta spem habens in deum quam et hii
expectant resurrectionem futuram iustorum et ini
quorum In hoc et ipse studeo sine offendi
culo conscientiam habere ad deum et ad homines
semper Post annos autem plures elemosinas
facturus in gentem meam veni et ob
laciones et vota in quibus invenerunt
me purificatum in templo non cum turba
neque cum tumultu Quidam autem ex asia
iudei quos oportebat apud te presto
esse et accusare siquid haberent adversum
me aut hii ipsi dicant siquid inve
nerint in me iniquitatis cum stem in con
cilio nisi de una hac solummodo voce
qua clamavi inter eos stans quia de resurrectione
mortuorum ego iudicor hodie a vo
bis Distulit autem illos felix certis
sime sciens de via dicens Cum tribunus
lysias descenderit audiam vos Ius
sit quoque centurioni custodire eum neque
quemquam de suis ministrare prohibere Post aliquot
autem dies veniens felix cum dru
silla uxore sua que erat iudea
vocavit paulum et audivit ab eo
fidem que in christo ihesu Disputa
nte autem illo de iusticia et castitate
et de iudicio futuro tremefactus autem
felix respondit Quod nunc attinet vade
Tempore autem oportuno accersiam te Simul
et sperans quod pecunia daretur a paulo
propter quod et accersiens eum loquebatur cum eo
Biennio autem expleto accepit suc
cessorem felix porcium festum Volens autem
graciam prestare iudeis felix reliquit
paulum vinctum

Festus ergo cum venisset in provin
ciam post triduum ascendit
hierosolimam a cesarea Adierunt eum
principes sacerdotum et primi iudeorum
adversus paulum et rogabant eum
postulantes graciam adversus eum
ut iuberet perduci eum in ierusalem insidias
tendentes ut eum interficerent in via

Festus autem respondit servari paulum in cesa
rea se autem maturius profecturum Qui
ergo in vobis potentes sunt descen
dentes simul si quod est in viro crimen ac
cusent eum Demoratus autem inter
eos dies non amplius quam octo aut
decem descendit cesaream et altera die
sedit pro tribunali et iussit paulum adduci
Qui cum perductus esset circumsteterunt eum
qui ab ierosolimis descenderant iudei mul
tas et graves causas obicientes quas non
poterant probare Paulo autem rationem
reddente quoniam neque in templum neque
in cesarem quicquam peccavi Festus
autem volens iudeis graciam prestare respondens
Paulo dixit Vis ierosolimam ascen
dere et ibi de hiis iudicari apud me
Dixit autem Paulus ad tribunal ce
saris sto ubi me oportet iudicari
iudeis non nocui sicut tu melius
nosti Si enim nocui aut dignum mor
te aliquid feci non recuso mori Si
vero nihil est horum que hii accusant me
nemo potest me illis donare Cesarem
appello Tunc festus cum concilio lo
cutus respondit Cesarem appellasti ad
cesarem ibis Et cum dies aliquot transac
ti essent Agrippa rex et Bernice de
scenderunt cesaream ad salutandum festum
Et cum dies plures ibidem morarentur
Festus regi indicavit de paulo
dicens Vir quidam est derelictus
a felice vinctus de quo cum essem
ierosolimis adierunt me principes sacerdotum
et seniores iudeorum postulantes
adversus illum dampnacionem Ad quos
respondi quia non est consuetudo romanis
donare aliquem hominem prius quam
is qui accusatur presentes habeat accusa
tores locumque defendendi accipiat
ad abluenda crimina Cum ergo huc convenis

scent sine ulla dilacione sequenti die
sedens pro tribunali iussi adduci virum de
quo cum stetissent accusatores nullam causam
deferebant de quibus ego suspicabar ma
lum. Questiones vero quasdam de sua su
persticione habebant adversus eum et de quodam
Ihesu defuncto quem affirmabat Pau
lus vivere. Hesitans autem ego de huiusmodi
questione dicebam si vellet ire Ihe
rosolimam et ibi iudicari de istis. Pau
lo autem appellante ut servaretur Augu
sti cognicione iussi servari eum donec
mittam eum ad cesarem. Agrippa autem
dixit ad Festum volebam et ipse hominem
audire. Cras inquit audies eum.
Altera autem die cum venisset Agrippa et
Bernice cum multa ambicione et intro
issent in auditorium cum tribunis viris prin
cipalibus civitatis iubente Festo adductus
est Paulus. Et dixit Festus Agrippa rex
et omnes qui simul adestis nobiscum
viri videtis hunc de quo omnis multitudo
Iudeorum interpellavit me Ierosolimis petentes
et hic clamantes non oportere eum vivere
amplius. Ego vero comperi nichil dignum
eum morte admisisse. Ipso autem hoc
appellante ad Augustum iudicavi mit
tere. De quo quid certum scribam domino
non habeo. Propter quod produxi eum ad vos
maxime ad te rex Agrippa ut interrogatione
facta habeam quid scribam. Sine racione enim
videtur mittere vinctum et causas eius non
significare.

Agrippa vero
ad Paulum ait permittitur tibi
loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta
manu cepit racionem reddere. De omnibus quibus
accusor a Iudeis rex Agrippa esti
mo me beatum apud te cum sim defen
surus me hodie maxime te sciente omnia
que apud Iudeos sunt consuetudines et
questiones. Propter quod obsecro patienter me
audias. Et quidem vitam meam a iuventute
mea que ab inicio fuit in gente mea
in Ierosolimis noverunt omnes Iudei presci
entes me ab inicio si velint testimonium
perhibere quoniam secundum certissimam sectam nostre
religionis vixi phariseus. Et nunc in spe
que ad patres nostros repromissionis fac
ta est a deo sto iudicio subiectus. In quam duode
cim tribus nostre nocte ac die servientes sperant
devenire. De qua spe accusor a Iu
deis rex. Quid incredibile iudicatur
apud vos si deus suscitat mortuos.
Et ego quidem existimaveram adversus
nomen Ihesu Nazareni debere multa contraria
agere. Quod et feci Ierosolimis et multos sanctorum
et ego in carceribus inclusi a principibus sa
cerdotum potestate accepta et cum occide
rentur detuli sententiam. Et per omnes syna
gogas frequenter puniens eos compel
lebam blasphemare et amplius insa
niens in eos persequebar usque in exter
nas civitates. In quibus dum irem Da
mascum cum potestate et permissu principum
sacerdotum die media in via vidi rex de celo
supra splendorem solis circumfulsisse me
lumen et eos qui mecum simul erant. Omnesque
nos cum decidissemus in terram audivi
vocem dicentem michi Saule Saule quid
me persequeris. Sed exurge sta super
pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi ut
constituam te ministrum et testem eorum que
vidisti et eorum in quibus apparebo tibi
eripiens te de populis et gentibus in quas
nunc ego mitto te aperire oculos eorum
ut convertantur a tenebris ad lumen
et de potestate sathane ad deum ut accipiant
remissionem peccatorum et sortem inter sanctos
per fidem que est in me. Unde rex Agrippa
non fui incredulus celesti visioni sed
his qui sunt Damasci primum et Ierosolimis
et per omnem regionem Iudee et gentibus
annunciabam ut penitentiam agerent et con
verterentur ad deum digna penitentie opera
facientes. Hac ex causa me Iudei cum
essem in templo apprehensum temptabant
volentes me interficere. Auxilio autem
adiutus dei usque in hodiernum diem

sto testificans minori atque maiori nichil
extra dicens quam que prophete locuti sunt fu-
tura esse et moyses. Si passibilis est
cristus si primus ex resurrectione mortuorum lumen
annunciaturus est populo et gentibus. Hec lo-
quente eo et rationem reddente festus
magna voce dixit. Insanis paule
multe te littere ad insaniam convertunt.
Et paulus non insanio inquit optime
feste sed veritatis et sobrietatis verba
eloquor. Scit enim de hiis rex
ad quem et constanter loquor. Latere enim eum
nichil horum arbitror neque enim in
angulo quicquam horum gestum est. Cre-
dis rex agrippa prophetis? Scio quia
credis. Agrippa autem ad paulum. In mo-
dico suades me fieri christianum. Et paulus
Opto apud deum et in modico et in magno
non tantum te sed et omnes qui audiunt ho-
die fieri tales qualis et ego sum excep-
tis vinculis hiis. Et exsurrexit
rex et preses et bernice et qui asside-
bant eis. Et cum secessissent loque-
bantur ad invicem dicentes quia nichil mor-
te aut vinculis dignum quid facit homo
iste. Agrippa autem festo dimitti
poterat homo hic si non appellasset.
Ut autem iudicatum est cesarem
eum navigare in ytaliam et tra-
di paulum cum reliquis custodiis
centurioni nomine iulio cohortis au-
guste. Ascendentes autem navem
incipientes navigare circa asie loca
sustulimus perseverante nobiscum Ari-
starco macedone thessalonicensi.
Sequenti autem die devenimus sydonem
humane autem tractans iulius paulum
permisit ad amicos ire et curam sui
agere. Et inde cum ~~sustulissemus~~ sustulis-
semus subnavigavimus cyprum propterea quod
essent venti contrarii. Et pelagus cilicie et pam-
philie navigantes venimus listram que
est licie. Et ibi inveniens centurio na-
vem allexandrinam navigantem in

ytaliam transposuit nos in eam. Et cum multis
diebus tarde navigaremus et vix de-
venissemus contra cnidum prohibente nos
vento adnavigavimus crete iuxta salmo-
nem. Et vix iuxta navigantes venimus
in locum quendam qui vocatur boni portus
cui iuxta erat civitas tessalla. Mul-
to autem tempore peracto et cum iam non esset
tuta navigatio eo quod et ieiunium iam
preterisset consolabatur paulus dicens
eis. Viri video quoniam cum iniuria et
multo dampno non solum oneris et navis
sed et animarum nostrarum incipit navigatio esse.
Centurio autem gubernatori et naucle-
ro magis credebat quam hiis que a paulo di-
cebantur. Et cum aptus portus non esset
ad hiemandum, plurimi statuerunt consi-
lium navigare inde si quo modo pos-
sent devenientes phenicen hiema-
re portum crete respicientem ad
affricum et ad chorum. Aspirante autem
austro estimantes propositum se tene-
re cum sustulissent de asson legebant
cretam. Non post multum autem misit se
contra ipsam ventus tiphonicus
qui vocatur euroaquilo. Cumque
arrepta esset navis et non posset co-
nari in ventum data nave flatibus
ferebamur. Insulam autem quandam decur-
rentes que vocatur cauda potuimus
vix obtinere scapham. Qua sublata
adiutoriis utebantur accingentes na-
vem timentes ne in syrtim inciderent. Sub-
misso vase sic ferebantur. Valide autem
nobis tempestate iactatis sequenti
die iactum fecerunt et tertia die suis ma-
nibus armamenta navis proiecerunt. Neque
sole autem neque sideribus apparentibus per
plures dies et tempestate non ex-
igua imminente iam ablata erat
spes omnis salutis nostre. Et cum mul-
ta ieiunatio fuisset tunc stans pau-
lus in medio eorum dixit. Oportebat

quidem o viri audito me non tollere
a creta lucrique facere iniuriam hanc
et iacturam. Et nunc suadeo vobis bono
animo esse. amissio enim nullius anime erit
ex vobis preter quam nauis. astitit enim
mihi angelus hac nocte dei cuius ego
sum et cui deseruio dicens. Ne timeas
paule. Cesari te oportet assistere et ecce
donauit tibi deus omnes qui nauigant
tecum. Propter quod bono animo estote
viri. Credo enim deo meo quia sic
erit quemadmodum dictum est mihi. In insulam
quandam oportet nos deuenire. Sed postea
quam quartadecima dies nox superuenit
nauigantibus nobis in adria circa me
dia nocte suspicabantur naute apparere
sibi aliquam regionem. Qui et summit
tentes inuenerunt passus xx et pusil
lum inde separati. Et inuenerunt passus xv.
Timentes autem ne in aspera loca in
cideremus de puppi mittentes anchoras
quatuor optabant diem fieri. Nau
tis vero querentibus fugere de naui cum misis
sent scapham in mare sub obtentu
quasi inciperent a prora anchoras
extendere. Dixit paulus centurioni
et militibus: Nisi hi in naui manserint vos
salui fieri non potestis. Tunc absciderunt
milites funes scaphe et passi sunt
eam excidere. Et cum lux inciperet fieri
rogabat paulus omnes cibum sumere
dicens: Quartadecima hodie die ex
pectantes ieiuni permanetis nichil
accipientes. Propter quod rogo vos accipe
re cibum pro salute vestra quia nullius vestrum
capillus de capite peribit. Et cum
hec dixisset sumens panem gratias egit
deo in conspectu omnium. Et cum fregisset
cepit manducare. Animequiores
facti omnes et ipsi assumpserunt cibum.
Eramus vero vniuerse anime in naui ducen
te lxxvi. Et saciati cibo alleuia
bant nauem iactantes triticum in mare.
Cum autem dies factus esset terram non
agnoscebant. Sinum vero quendam considera
bant habentes littus in quem cogitabant
si possent eicere nauem. Et cum ancho
ras sustulissent committebant se mari
laxantes iuncturas gubernaculorum et
leuato artemone secundum aure fla
tum tendebant ad littus.
Et cum incidissent in locum bi
thalassum impegerunt nauem et pro
ra quidem fixa manebat immobilis. puppis
vero soluebatur a vi maris. Militum autem
consilium fuit ut custodias occiderent
ne quis cum enatasset effugeret. Cen
turio autem volens seruare paulum
prohibuit fieri. Iussitque eos qui pos
sent natare mittere se in mare primos
et euadere et ad terram exire. et ceteros
alios in tabulis ferebant quosdam
super ea que de naui essent. 28
Et sic factum est ut omnes anime eua
derent ad terram. Et cum euasissemus
tunc cognouimus quia militene insula
vocabatur. Barbari vero prestabant non
modicam humanitatem nobis. accensa enim
pira reficiebant nos omnes propter ym
brem qui imminebat et frigus. Cum
congregasset autem paulus sarmentorum
aliquantam multitudinem et inposuisset ad
ignem vipera a calore cum processisset
inuasit manum eius. Ut vero viderunt
barbari pendentem bestiam in manu
eius ad inuicem dicebant. Utique homi
cida est homo hic. qui cum euaserit
de mari vltio eum non sinit viuere.
Et ille quidem excuciens bestiam in ignem
nichil mali passus est. At illi esti
mabant eum in tumorem conuertendum et
subito casurum et mori. Diu autem
illis expectantibus et videntibus nichil
mali in eo fieri conuertentes se dicebant
eum esse deum. In locis autem illis erant
predia principis insule nomine publij
qui nos suscipiens triduo benigne
exhibuit. Contigit autem patrem pu
blij et febribus dissenteria vexatum

iace ad que paulus intrauit et cum oras
set et imposuisset ei manus saluauit eum
Quo facto omnes qui in insula habebant
infirmitates accedebant et curabantur
qui et multis honoribus nos honorauerunt
et nauigantibus imposuerunt que erant
necessaria Post menses autem tres nauiga
uimus in naui alexandrina que in in
sula yemauerat cui erat insigne
castrorum Et cum venissemus syracu
sam mansimus ibi triduo Inde cir
cumlegentes deuenimus regium et post
unum diem flante austro secunda die ve
nimus puteolos ubi inuentis fratribus
rogati sumus manere apud eos dies
vii et sic venimus romam Et inde cum au
dissent fratres apii occurrerunt nobis
usque ad forum appii et tres tabernas
Quos cum vidisset paulus gratias agens
deo accepit fiduciam Cum venissemus
autem romam permissum est paulo ma
nere sibimet cum custodiente se mi
lite Post tercium autem diem conuocauit pri
mos iudeorum Cumque venissent di
cebat eis Ego viri fratres nichil ad
uersus plebem faciens aut patrios mo
res vinctus ab ierosolimis traditus
sum in manus romanorum Qui cum me in
terrogationem habuissent voluerunt
me dimittere eo quod nulla causa mortis
esset in me Contradicentibus autem iu
deis coactus sum appellare cesarem
non quasi gentem meam habens aliquid accu
sare Propter hanc igitur causam rogaui vos
videre et alloqui propter spem enim israel
cathena hac circumdatus sum At illi
dixerunt ad eum Nos neque litteras accepimus
de te a iudea neque adueniens aliquis
fratrum nunciauit aut locutus est de te
malum Rogamus autem a te audire que
sentis Nam de secta hac notum est
nobis quia ubique ei contradicitur
Cum constituissent autem illi diem
venerunt ad eum in hospitium plures quibus
exponebat testificans regnum dei sua
dens que eis de ihesu ex lege moysi et
prophetis a mane usque ad vesperam Et qui
dam credebant hiis que dicebantur quidam
vero non credebant Cumque inuicem non essent
consencientes discedebant dicente
paulo unum verbum quia bene spiritus sanctus
locutus est ad patres nostros dicens Vade
ad populum istum et dic ad eos Aure audi
etis et non intelligetis et videntes
videbitis et non perspicietis Incras
satum est enim cor populi huius et auribus grauiter
audierunt et oculos suos compresserunt
ne forte oculis videant et auribus au
diant et corde intelligant et conuertantur
et sanem eos Notum ergo sit vobis quoniam gen
tibus missum est hoc salutare dei
ipsi et audient Mansit autem biennio
toto in suo conducto et suscipiebat
omnes qui ingrediebantur ad eum predicans reg
num dei et docens que sunt de domino ihesu
cristo cum omni fiducia sine prohibitione Amen

Incipit prologus apokalipsis

Omnes qui pie volunt
viuere in cristo sicut ait
apostolus persecutiones pacien
tur Accedens fili iuxta
illud ad seruitutem dei Sta in iusticia
et timore et prepara animam tuam ad temptacionem
Temptacio namque est vita hominis
super terram Ne autem fideles in hiis
deficiant consolatur eos dominus atque
confirmat dicens Vobiscum sum usque
ad consummacionem seculi et nolite timere
pusillus grex Propterea videns deus
per tribulaciones quas passura erat
ecclesia ab apostolis fundata super petram
ut mi trinitas disponit et una cum
filio et spiritu sancto eas reuelauit Reue
lauit autem trinitas cristo secundum

hnat^{tes} xpc no Johm pangelm Johs
cetile de qua reuelacoe hunc libz
coposuit Vn zliber iste apocal
d^{r} i reuelaco q^{r} hic qtinet^{r} que
deus reuelauit Johi zJohes ecce
qntas s. eccia passa sit i pnitiuo
znunc patiat^{r} znouissis tpib9 an
xpi passura sit qn erit tanta
tribulaco ut si fieri pt z moue
ant^{r} elci z que plens znunc i futo
pmia sit susceptua ut quos de
incitauta supplicia tenet pmissa
pma letificet Vnde iste lib^{r} int^{r}
reliquas scpturas nom testamti
pphecie noie censet^{r} q^{r} alijs est
excellentoz pphecije Sic n. no
in testa^{tu} pstat ewn^{m} legi Ita
hec pphecia ppheciјs veteris testa^{ti}
q^{r} de xpo zeccia mag^{z} expte ia
adimpleta sacra^{ta} demittat^{r} vl
z ideo q^{r} cu alijs vinfuta isti tn
phecia data e pphecia sit sz de
pnto z de pnti z de futuro Adcuius
qfirmanda autori^{te} occurrit ecia
auctoritas mittet^{r} defent^{r} rtrati
pientis qmittentis s. trinitatis z desce
rentis s. angeli zaccipientis s. Joh
Qu aut Johi h^{t} i visione fuit re
uelata zsunt 3^{a} gnaco visionu
sub quo gne cotinca^{r} viendu e
Visio n. alia corpalis qn videtz
corpalib9 oculis aliqd videt9 alia
spualis seu ymaginaua cu vz
dormientes vl z vigilantes yma
gines rez quib9 qn lz aliquid
aliud signifitu^{r} sit indut pharao
spicas z moyses rubu arde^{t} Ille
dormiens iste vigilans Alia i tel
lectualis qn vz spu sto reuelante
intellcta mentis veritate misterioz
sibi est cetpiq eo mo indit Johes
que i h^{t} libro referunt^{r} Non em
figuras som tm indit sz zeaz m̄
signifitata mente intellexit Vidit
aut Johes zscpsit i pathmos
insula relegatus a domiciano i go
illo pncipe i psecucoe hac eu ad
scribendu compellente ea q^{r} dn
exul tenet^{r} a domiciano i patmos
insula ^{t} i eccis quib9 pfcrat mlta
pullulauit atqz moleuit vicia
atqz diuise hereses Erat em quida
heresia dicentes xpm no fuisse an
maria q^{r} tpalit^{r} de ea nat9 e at
Quos Johes i pn^{o} ewa^{lij} sui re
darguit dicens Inpncio^{o} erat vbu
zi h^{c} lio cu d^{t} A z O pnca^{m} z finis
Dicebat z quida eciam pende
tribulacoem an fine scli desitu
ra zplacoe no pmu ctmi sus
ceptura Hoz go errores voles
destruere Johes ont^{t} b^{m} pncip de
zfine Vn ysaias Ante me no est
formatus de9 z p9 me no erit Et
eciam p extrem tribulacoem non
desine^{t} sz pfice^{t} z plens bravum
ctini recipe Debuit aut Johes
vii. eccis asie z ca^{z} vii. epis d^{r}
de pdcis i struens z postea com
gnalem eciam docens Est itaqz
materia Johis i h^{c} ope status spualit^{r}
a spane ecce n no z totus vz
q i pnti patia^{r} z i futo receptua
sit Intenco uo eius e mone^{r} ad
paciaz q suada e tm q^{r} bn^{us}
labor tn eo pmu mag^{m} Modus
tractandi talis sermo pmittit plo
gu z salute vbi reddit auditores
benignos zattentos quo pmisso
accedit ad narracoz Qu no ont^{r}
xpm ee ab eterno sine pn^{o} z fine
i dicens ipm loqte Ego su alpha
z O i. pnca^{m} z finis p^{r}ca credes
ad narracoes distinguit vii. visi
ones quib9 tractat^{r} iste lib^{r} ystud^{a}

sic pmittit aut plogum dicens
Apocalipsis ihu xpi q̄ dedit
illi deus palā facē suis ſſ
que oꝫ fi' cito ⁊ significauit mittens
pangelm suu suo suo Iohi qui
testiom phibuit vbo dei ⁊ testi
moniu ihu xp̄i i his q̄cūq; vidit
Btus qui legit ⁊ audit vba pphie huius
⁊ suat q i ea scripta sut tps enim
ppe e Iohes vij ecclis q sut i asia
gra vob ⁊ pax ab eo qui e ⁊ qui
erat ⁊ qui venturus e ⁊ a septem
spitib9 qui i ꝯspcu throni sut ei9
Et a ihu xpo qui e testis fidelis
pmogenitus mortuoꝝ ⁊ pnceps
regū tre qui dilexit nos ⁊ lauit
nos a pctis nris i sanguine suo Et
fecit nos regnu ⁊ sacdotes deo
⁊ pri suo ipi gla ⁊ impiu i scla se
culoꝝ amē Ecce venit cu nubi
b9 ⁊ videbit eu omis oculus ⁊ qui
eu pupugerut Et plangent se
sup eu omes trib9 tre etiā amen
Ego sum alpha ⁊ o pncipium ⁊ finis
dicit dns de9 qui e ⁊ qui erat ⁊ qui
venturus e omps Ego Iohes fr vr
⁊ pticeps i tribulacoe ⁊ pacia et
regno i ihu xpo fui i insula que
vocat pathmos pp vbu dei ⁊ tes
timoniu ihu xpi ffui i spu i dnica
die ⁊ audivi post me voce magna
tanqȝ tube dicētis Qd vides scribe
i libro ⁊ mitte vij ecclis Epheso ⁊
Smyrne ⁊ pergamo ⁊ thyatire
⁊ Sardis ⁊ philadelphie ⁊ laodicie
Et conuersus su ut viderē voce q
loqbat mecu Et conusus vidi vij
candelabra aurea ⁊ i medio septe
candelabroꝝ aureoꝝ silem filio
hois vestitu podere ⁊ pcinctu ad
mamillas zona aurea caput ei9
⁊ capilli erat candidi tanquā
lana alba ⁊ nix Et oculi ei9 tanqȝ
flama ignis ⁊ pedes eius siles

aurichalco sicut in camino ardenti ⁊ vox illius
tanquā vox aquaꝝ multaꝝ ⁊ habebat
i dextra sua stellas vij ⁊ de ore ei9
gladius ex vtraq; pte acut9 exibat
⁊ facies ei9 sic sol lucet i vtute sua
Et cu vidisse eu cecidi ad pedes ei9
tanquā mortu9 ⁊ posuit dexterā sua
sup me dicēs Noli timē Ego sum
pm9 ⁊ nouissim9 ⁊ fui viu9 ⁊ fui mor
tuus ⁊ ecce su vivēs i scla scloꝝ
amē Et hēo claues mortis ⁊ i fin
Scribe g° q vidisti ⁊ q sut ⁊ q oꝫ fi
post hec misterium stellaꝝ vij qs
vidisti in dextra mea ⁊ vij cande
labroꝝ aureoꝝ Septe stelle angla
sut vij ecclaꝝ ⁊ candelabra septe
septe eccle sut
Et angelo ephesi ecclie scribe
Hec dicit dns qui tenet vij
stellas i dextra sua qui ambulat
in medio septe candelabroꝝ au
reoꝝ Scio opa tua ⁊ laborē tuu
⁊ paciā tua ⁊ q no potes susti
nē malos ⁊ temptasti eos qui
dicūt se aplos ee ⁊ no sut ⁊ i uenisti
eos mēdaces ⁊ paciam hēs ⁊ su
stinuisti eos ppt nom meu ⁊ no
defecisti Sꝫ hēo adūsus te pauca
q karitatē tua pmā reliquisti Me
mor esto itaqȝ vñ excideris ⁊ age
pniam ⁊ pma opa fac Si autē
venio ⁊ mouebo candelabꝝ tuu de
loco suo n pniam egeris Sꝫ hoc
hēs bonu q odisti fca Nicolaitaꝝ
q ⁊ ego odi Qui hꝫ aures audiendi
audiat quid spus dicat ecclis
Vincēti dabo ede de ligno vite
q e i padyso dei mei Et angelo
Smyrne ecclie scribe Hec dt pm9
⁊ nouissim9 qui fuit mortuus et
vivit Scio tribulacom tua ⁊ pau
ptate tua sꝫ dives es ⁊ blasphe
maris ab hijs qui se dicūt iudeos
esse ⁊ no sut sꝫ sut synagoga sathae

nichil hoꝝ timeas q passurus es Ecce
missurꝰ e dyaꝰ ex uob i carcerem
ut temptemi ꝛ hebit tribulacoꝫ dieb
decem Esto fidelis usqꝫ ad morte
ꝛ dabo t corona vite Qui hꝫ aures
audiendi audiat quid spc dicat
ecclis Qui vicit no ledet a mor
te scda Et angelo ecclie pgami
scribe h dicit qui hꝫ rumphea
ex utraqꝫ pte acuta Scio ubi
habitas scio ubi sedes e sathane
ꝛ tenes nom meu ꝛ no negasti
fide mea Et i dieb ill anthipas
testis meꝰ fidelis qui occisus est
apud vos ubi sathanas habitat
Sꝫ habeo adusꝰ te pauca qꝛ habes
illic tenentes doctrina balaam qui
docebat Balaath mitte scandalu
cora filiis isrl edere de sacrificiis
ydoloꝝ ꝛ fornicari ita habes ꝛ tu te
nentes doctrina nicolaytaꝝ Similr
pniam agite si quo minꝰ venia tibi
cito ꝛ pugnabo cu illis i gladio oris
mei Qui hꝫ aures audiendi audiat
quid spus dicat ecclis Vincenti da
bo mana absconditu ꝛ dabo illi
calculu candidu ꝛ i calculo nom
nouu scriptu q nemo scit nisi qui accı
pit Et angelo tyatire ecclie scribe
hec dicit filiꝰ dei q hꝫ oculos tamqꝫ
flama ignis ꝛ pedes eiꝰ siles au
ricalco Noui opa tua ꝛ fide tua ꝛ
caritate tua ꝛ ministeriu ꝛ paciaꝫ tua
